image
not
available

Glafey hat in der wichtigen Vorrede zu dem Verzeichnisse der Rinkischen Bücherstammlung, einige Vortheile, die solche Catalogen gewähren, angemerket. –

Das reichhaltige Verzeichniss der kostbaren Bücher-sammlung des ehmaligen grossen Altdorfischen Rechtslehrers Rink, das man seinem Tochtermann Glafey zu danken hat, verdient hier eine nähere Anzeige, als man beym Zuyler findet. Glafey's Vorrede sollte jeder Bibliothekar billig oft mit prüfendem Nachdenken lesen. Sie beschäftiget sich mit den gewöhnlichen Fehlern andrer Bücherverzeichnisse, und ertheilt bei dieser Gelegenheit die wichtigsten Belehrungen, die ein Mann, der zu einer so mühsamen Arbeit, als die Verfertigung eines brauchbaren Catalogs ist, berufen ist, vortheilhaft nutzen kann. Sie redet von der Ordnung, in der die Bücher der Rinkischen Bibliothek hergezählt werden, rechtfertiget sie mit statthaften Gründen, und zeigt damit zugleich die ächte Methode einen systematischen Catalog zu verfertigen. Die Ordnung des Verzeichnisses ist gewiss brauchbar, zumal in der Anzeige der Bücher, die zum Jus publicum des teutschen Reiches sowohl, als anderer Länder und Königreiche gehören. Nicht vom Glafey allein sind die Anmerkungen bey der Anzeige der Bücher, sondern ein Theil derselben ist aus denen vom Besitzer den Büchern beygeschriebenen Noten genommen. Diese Anmerkungen sind oft sehr reichhaltig, und von Gewichte, besonders zur Kentniss der Geschichte der Bücher, ihrer verschiedenen Ausgaben, ihrer Seltenheit, und Werthes, auch des Widerspruches, der sie getroffen hat, und der darüber entstandenen gelehrten Streitigkeiten. Und, unter diesen Anmerkungen haben diejenigen den Vorzug, die die Handschriften der Rinkis[redacted]iben. –

J. G[redacted] Bibliothekare.

BIBLIOTHECA RINCKIANA,

SEU

SUPELLEX LIBRORUM

TAM IMPRESSORUM, QUAM MSTORUM,

QVOS

PER OMNIA SCIENTIARUM GENERA

COLLEGIT

VIR QUONDAM ILLUSTRIS

DOMINUS

EUCHARIUS GOTTLIEB RINCK, JCT.

HÆREDITARIUS IN STÖTTERIZ,
SACRÆ CÆS. MAJ. CONSILIARIUS,
ACADEMIÆ NORICÆ SENIOR AC ANTECESSOR
PRIMARIVS,

CUM PRÆFATIONE

ADAMI FRIDERICI GLAFEY,

JCTI.

ACCEDIT

INDEX LOCUPLETISSIMUS

LIPSIAE
APUD VIDUAM B. CASP. FRITSCHII.
LITTERIS LANGENHEMIANIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

B. L. S.

Sisto Tibi, B. L., indicem librorum, quos olim Vir illustris EUCHARIUS GOTTLIEB RINCK, Consiliarius Cæsareus & Antecessor primarius in Academia Altorffina, socer mihi quondam charissimus, suspiciendusque, solerti industria collegit. Non ad ostentationem, sed ad suum aliorumque usum eos tam sollicite conquisiuit, quare eo magis mirandum est, quod nullo unquam Catalogo, ne minimo quidem unius tantum plagulæ, usus sit, soli memoriæ suæ in eo confisus, quæ tam fidelis tamque fœcunda erat, ut ad omnium stuporem ex tanta librorum farragine, nullo fere ordine col-

Digitized by Google

locatorum, facillimo negotio, quemvis deſideratum invenire potuerit. Sed multa eademque graviſſima ex hoc confuſaneo ordine (ſi modo ordo dici poteſt, ubi in diſponendis libris cruſtarum et magnitudinis tantum ratio habetur) incommoda enata ſunt. Ut taceam enim librorum duplicationes, ad quas evitandas neque *B. Rinckii* memoriæ felicitas ſufficiebat, non parum illud mihi impedimento fuit, auxitque laborem in conficiendo catalogo, poſtquam hanc ſpartam mihi vindicaveram, eandemque nuper Altorfi præſens aggreſſus ſum.

At vero miraberis forſan, quæresque, cur ego, vir multis negotiis publicis diſtrictus, hanc tædioſam indicis conſignandi occupationem in me ſuſceperim, quam alii ſtudioſis veteranis demandare ſolent. Sed primum mei, qua mariti et parentis, intererat, ut omnia accurate ac debito ordine ad promovendam venditionis commoditatem diſponerentur, deinde falluntur turpiter, qui ad catalogum tantæ Bibliothecæ conficiendum nulla doctrina, nulloque judicio opus eſſe exiſtimant:

Ut

Ut taceam enim de ſingularibus, quæ hinc inde de hoc vel illo libro, ejusque auctore ex mea qualicunque ſcientia interſerui, quæque Lectori Sagaci forte non ingrata erunt, præcipua mihi cura fuit, ut talem componerem indicem, qui aliis non ſolum in *diſponendis*, verum etiam in *inſtruendis Bibliothecis* uſui eſſe poſſit. Ad id autem opus eſt ſolida notione de arctiſſimo vinculo ac familiari omnium diſciplinarum inter ſe cognatione, qua multi, qui alias doctrinæ laude clareſcunt, imo illi etiam interdum deſtituuntur, qui de ordinandis Bibliothecis præcepta tradiderunt.

Perluſtres, rogo, catalogos celebriores, hactenus publici juris factos, et in illis ſat multos errores, in hanc doctrinam commiſſos, facile animadvertes, potiſſimum ſi eos cum noſtro curatius conferre velis. Porro animus ſedebat, judicia de libris eorumque contentis ſingularibus, quæ beatus Rinckius ad notabiliores in frontiſpicio ſat ample ac magna cum eruditione adſcripſit, huic catalogo inſerendi, ſed nec Lectori, emendi cupido, forte gratum fuiſſet, catalogum longa ſerie judi-

Digitized by Google

ciorum diſtentum ac interpunctum, perluſtrandi, neque rationibus œconomicis conveniens exiſtimavi, his amplificationibus pretium catalogi nimium augere, quin potius conſultum duxi, hæc Viri beati acutiſſima judicia emtoribus reponere, utpote qui interdum pluris æſtimant, quod ſoli poſſident, aſſeruantque.

Ne tamen jejunus plane hic catalogus adpareat, ſed ab aliis quodammodo ſeſe diſtinguat, ea potiſſimum, quæ *ad hiſtoriam librorum* et *præſtantiam editionum* cognoſcendam pertinent, decerpſi, meisque obſeruationibus ita intermiſcui, ut *tam Eruditis quam Bibliopolis* utilitatem præſtare poſſit, ſimulatque adpareat, quam ſcite et gnare b. Rinckius noſter in optimis editionibus ſeligendis verſatus ſit, quantaque doctrina his in rebus polluerit. Quod ſi vero B. Lector hanc meditationum noſtrarum commixtionem nauſeat, facile cum eo ita tranſigam, ut omnia b. Rinckio lubens cedam, ſolis erroribus mihi vindicatis, potiſſimum cum his minutiis nunc demum famam aucupandi nulla me neceſſitas urgeat.

Ut

Digitized by Google

Ut autem intelligat Lector, quibus rationibus uſus ſim in diſponendis hujus catalogi capitibus, elencho ſiue conſpectu præmiſſo, ſingula ſeorſim conſiderabimus.

Præmiſſo capite de Eruditione in genere *ſiſtit*

PARS

I. *Theologiam*
& quidem
CAPUT
1. *Fontes* Theologiæ,
2. *Patres* & vetuſtiores Theologos,
3. *Hiſtoriam* eccleſiaſticam, *ubi*
SECTIONE
A. Subſidia ſ. apparatus hiſtoriæ eccleſ.
B. Scriptores hiſtoriæ eccleſiaſticæ univerſales,
C. Scriptores ejusdem particulares,
D. Scriptores certarum epocharum,
E. Scriptores de conciliis & colloquiis theologicis,
F. Singularia themata hiſtoriæ eccleſiaſticæ, uti ſunt vitæ Sanctorum,

Digitized by Google

Martyrum, nec non origines & proceſſus ordinum, hæreſium, Schismatum &c.

denique

G. — — — — Hiſtoria ſacra gentilis.

occurrunt,

His recenſitis caput

4. — — — — *Commentatores* & interpretes S. Sacræ,

5. — — — — *Syſtemata* & Compendia theologica,

6. — — — — Theologiam *naturalem* ſ. Theoſophiam,

7. — — — — Theologiam *moralem*,

8. — — — — Fontes & ipſa *Dogmata* theologiæ *gentilis*,

9. — — — — Theologiam *polemicam*,

nec non

10. — — — — *Homileticam* cum libris concionum, precum, cantionum ac meditationum ſacrarum,

ut &

11. — — — — *Opera*, conſilia & reſponſa theologica,

ac denique

12. — — — — *Miſcellanea* & ſingularia argumenta theologica,

exhibebit.

II. — — — — — PARS *recenſet* Scriptores *Juris-prudentiæ privatæ.*

ubi

Digitized by Google

ubi

LIBER

I. — — — — - *agit* de *Jure Civili* tam *Romano* quam *Germanico*; *ſiſtit autem*

CAPUT

ſub littera

A. — — — - - *Fontes* jurisprudentiæ *Romanæ*,

B. — — — - - *Fontes* juris *Saxonici*, tam communis quam Electoralis, ut & Allemanici,

C. — — — - - Jura *Statutaria* reliquarum provinciarum Germaniæ,

D. — — — - - *Syſtemata* & Lexica juridica,

E. — — — - - *Commentatores* in certas ſpecies juris privati, *quas inter numerantur*

SECTIONE

a. — — - - - Jus *militare*,

b. — — - - - Jus *metallicum*, georgicum, criminale, cambiale, aquaticum &c.

F. — — — - - *Commentarii* ad fontes juris tam Romani quam Germanici, ac in ſpecie Saxonici,

G. — — — - - *Conſilia*, Quæſtiones, Deciſiones, Reſponſa, Opiniones ac Sententiæ juris &c.

H. — — — - - *Opera* & opuſcula juris, nec non miſcellanea, obſervationes & meditationes juris, itemque diſſertationum collectiones &c. ac critici juris civilis,

I. — — — - - Scriptores *practici* & proceſſuales,

K. — — — - - Singularia *themata* juris privati.

2. — — — — LIBER

agit

- de Jure *feudali*, cum ejus commentatoribus ac argumentis ſingularibus,

3. — — — — - de Jure *Canonico*,

cujus

CAPUT

A. — — — - - *enumerat* fontes juris Canonici & eccleſiaſtici,

B. — — — - - Commentatores ejus,

C. — — — - - Themata ſingularia,

4. — — — — - *Jura privata Regnorum exterorum nimirum*

A. — — — - - *Belgii* confœderati,

B. — — — - - *Boruſſiæ*,

C. — — — - - *Galliæ*,

D. — — — - - *Græciæ*,

E. — — — - - *Sabaudiæ*,

F. — — — - - *Siciliæ* utriusque.

ſequitur

PARS

III. PARS

quæ *Jus publicum* cum prodromo ſuo, *hiſtoria* nimirum *civili*,

exhibet,

cui poſtremæ

1. LIBRO

Diſciplinæ inſtrumentales & *propædevticæ* merito *præmittuntur*.

Sunt autem

A. — *Cosmographia, Geographia* & *Topographia*,

B. — *Atlantes* & Mappæ Geographicæ,

C. — *Itineraria*,

D. — *Genealogia*,

E. — *Chronologia*,

F. — Ars *Heraldica*,

G. — *Lexica* & vocabularia medii ævi,

H. — Criſis *diplomatica*.

2. LIBRO *vero agitur* de *hiſtoria* in genere ejusque fontibus,

ubi

CAPUT

A. — de natura ac *indole* hiſtoriæ, eamque tractandi methodo,

B. — de collectoribus *diplomatum*, omnis ſcilicet generis,

— de

C. — — — - - de Scriptoribus *coævis* itidem omnis generis eorumque collectoribus,

D. — — — - - de collectoribus *monumentorum*, inſcriptionum & antiquitatum,

E. — — — - - de Scriptoribus rei *numariæ* omnis generis *tractat.*

3. — — — — - LIBRO - ipſa *Hiſtoria ſe ſiſtit.*

Enumerantur autem CAPITE

A. — — — - - Scriptores *hiſtoriæ univerſalis* tam Syſtematici quam lexicographi,

B. — — — - - Auctores, qui *notitiam rerum publicarum*, tam *in genere* quam *in ſpecie*

C. — — — - - Hiſtoriam Europæam *tractant.*

De hac autem poſtrema agitur SECTIONE

a. — — - - - in *genere*,

b. — — - - - *in ſpecie, ubi primum locum obtinet* hiſtoria *Germaniæ*, quam ob ambitum ſuum in membra diſſecavimus.

Tradit igitur Membrum

---- *Syſte-*

Digitized by Google



α — - - - - *Syſtemata* & compendia hiſtoriæ Germanicæ,

β — - - - - Scriptores epocharum & *Imperatorum* ſingularium,

γ — - - - - *themata* ſingularia & miſcellanea,

ultimum denique

δ — - - - - hiſtoriam *Germaniæ* per ſingulos Electores & reliquos imperii *ordines*

deducit.

SECTIONE

c. — — - - - *Sequitur hiſtoria* reliquorum *Europæ regnorum* & regionum,

porro

D. — — — - - - hiſtoria *Americana* ſ. Indiæ occidentalis,

E. — — — - - - hiſtoria *Aſiatica*, tam in genere quam in ſpecie, Imperii Sinenſium, Magni Mogolis, Perſarum, terræ Sanctæ, Tartariæque magnæ,

denique

F. — — — - - *Africana*,

4. — — — — LIBER

- *producit Jus publicum Germanicum* & quidem

A. — — — - - *generatim*,

ubi

CAPITE

- - - *fon-*



a. — — - - - *fontes* juris publici, quorſum pertinent,

α — - - - - *Leges* Imperii cum *commentatoribus* ſuis

א - - - - - *tam in genere*, quam

ב - - - - - *in ſpecie*, nimirum *aurea bulla*,

ג - - - - - *concordata* nationis germanicæ,

ד - - - - - *pax publica*,

ה - - - - - *pax religioſa*,

ו - - - - - pax *Pragenſis* & *Weſtphalica*,

poſtremo

ז - - - - - *Capitulationes* Cæſareæ,

β — - - - Collectores *actorum publicorum*,

b. — — - - - *Jus publicum Europæum*,

c. — — - - - *Syſtemata* & Compendia Juris publici R. Germ.

d. — — - - - *Opera* & opuſcula miſcellanea,

obveniunt.

B. — — — *Speciatim, ſecundum præcipuas ejus doctrinas,*

ubi

CAPITE

a. — — - - - de *Imperatore* ejusque Majeſtate & Reſervatis, nec non de Imperii forma,

Digitized by Google

forma, regimine, ſanctitate, translatione &c.

b. — — — de *Rege* Romanorum & Auguſta,

c. — — — de *Electione* Imperatorum,

d. — — — de *Coronatione* eorundem,

e. — — — de *Inſignibus* Imperii,

f. — — — de *primariis precibus* Imperatorum,

g. — — — de *Vicariis* Imperii,

h. — — — de *Prætenſionibus* ac finibus Imperii,

i. — — — de *Comitiis*,

k. — — — de ſummis Imperii *tribunalibus* & proceſſu ibi uſitato,

l. — — — de *Circulis* Sacri Romani Imperii,

m. — — — de *Juribus Statuum* Imperii in genere,

n. — — — de *Superioritate* territoriali,

o. — — — de *Auſtrægis*,

p. — — — de Jure *primogenituræ*, Appanagii & fœminarum illuſtrium,

q. — — — de Jure Summo circa *ſacra*,

r. — — — de *Advocatia* armata,

ſ. — — — de Jure *domaniali*, deque regali vectigalium Jure,

t. — — — de Jure *Fiſci* & ærarii,

rii, nec non de contributionibus,

u. — — - - - de Jure *Poſtarum*,
v. — — - - - de Jure *venandi*,
w. — — - - - de *Electoribus*,
x. — — - - - de *Principibus*,
y. — — - - - de *Comitibus*,
z. — — - - - de ordine *equeſtri*,
aa — — - - - de *Civitatibus Imperii* & Jure Patriciorum,
bb — — - - - de Rebuspublicis *Hanſeaticis*,

agitur.

Ultimo loco

prodeunt

cc — — - - - *Deductiones* &
dd — — - - - *Themata* ſingularia Juris publici.

5. — — — - - LIBER

- - *exhibet Jus publicum exterorum regnorum*

& quidem.

CAPUT

A. — — - - - Jus publicum *Anglicanum*,
B. — — - - - Jus publicum *Daniæ*,
C. — — - - - — — *Galliæ*,
D. — — - - - — — *Hiſpaniæ*,
E. — — - - - — — *Poloniæ*,
F. — — - - - — — *Pontificium*,
G. — — - - - — — *Suecicum*.

PARS



IV. PARS

sistit libros *medicos*, *Alchymicos*, *Chymicos atque Pharmaceuticos* &c.

ubi

CAPITE

1. — — — — — Libri *Medici*,
2. — — — — — — *Alchymici* & Chymici,
3. — — — — — — *Pharmacevtici* & *Chirurgici in medium proferuntur.*

V. PARS

recenset libros philosophicos.

Dispescitur autem Philosophia

in

1. — — — — — Philosophiam *stricte sic dictam, quam absolvunt*

A. — — — — *generatim*

CAPITE

a. — — — *Systemata* & compendia philosophica,

b. — — — *Opera* & miscellanea nec non themata singularia philosophica.

B. — — — — *Speciatim*

a. — — — Philosophia *instrumentalis*, uti est *Logica*,

b. — — --- *Theoretica, quorſum pertinet.*

α — ---- *Phyſica,*

ubi agitur

SECTIONE

ℵ ----- de *Corporibus terreſtribus*, cum Cimeliarchis (Naturalien Cabineter)

ב ----- de *Corporibus cæleſtibus, quorſum* Aſtronomia, Aſtrologia, nec non ob abuſum vulgarem, Geomantia, Chiromantia, Phyſiognomia, Antropoſcopia, Metopoſcopia arsque punctandi,

referuntur,

ג ----- *Pnevmatologia* ſ. doctrina de Dæmonibus, Spectris, anima humana, Sagarumque incantationibus,

β — ---- *Matheſis*

ubi

SECTIONE

ℵ ----- *generatim* de Matheſi, quorſum Arithmetica, Geometria, Architectura tam civilis, quam militaris, artes mechanicæ, uti ſunt pictura, ſculptura, cryptographia, Stegano-

Digitized by Google



Steganographia, ars ſciſſoria, coquinaria, navigatoria, Stereometria, ignis luſoria &c.

referuntur,

ב ----- *Speciatim* vero de exercitiis corporis, uti ſunt ars ſaltandi, gymnaſiaſtica ac equitandi,

agitur.

c. — — --- *Practica, quorſum refertur*

α — ---- Doctrina *moralis* cum Satyricis,

β — ---- *Jurisprudentia naturalis,*

ubi

SECTIONE

א ----- *Jus naturæ* ſtricte dictum,

ב ----- Singularia ejus *themata,*

ג ----- *Jus gentium*, argumentaque eo pertinentia,

ד ----- *Jus publicum univerſale,*

ה ----- *Jus divinum poſitivum*

locum obtinet,

γ — ---- Doctrina *politica,*

ubi

SECTIONE

א ----- *Syſtemata* ac opera politica,

ב ----- *Opuſcula* & miſcellanea,

ג ----- doctrina *ceremonialis*,

ד ----- prudentia *militaris*,

ה ----- prudentia *mercatoria* atque

ו ----- *Oeconomica*.

Denique

ז ----- Themata ſingularia politica,

ſe offerunt,

2. — — — — -- *Et Philologiam*, *hæc autem complectitur*,

A — — — -- *Hiſtoriam*,

a — — --- tam *civilem, quæ cum ſuis diſciplinis inſtrumentalibus ſupra quærenda*,

b — — --- quam *eccleſiaſticam, quæ itidem ab hoc loco dimota ad Theologiam translata eſt, nec non*

c — — --- *litterariam*,

ubi

CAPITE

α — ---- Scriptores rei litterariæ *in genere*,

β — ---- *in ſpecie* certarum gentium & epocharum,

---- res

γ — ---- res *Bibliothecaria* cum catalogis,

δ — ---- historia *academiarum*, Scholarum & Societatum eruditarum,

ε — ---- *Biographia* doctorum virorum,

ζ — ---- vitæ *Heroum* aliorumque hominum famosorum,

η — ---- historia litteraria rei *militaris*, in specie *ordinum* militarium,

ϑ — ---- historia *theologica*,

ι — ---- historia *juris*,

κ — ---- historia *philosophica*, & quidem hæc iterum

א ----- tam in *genere*,

ב ----- quam in *specie*.

* -- historia *naturalis*,

** -- historia literaria *mathematicorum* & mechanicorum,

λ — ---- *Opera* historica,

ο — ---- Singularia *themata* historica locum suum sortiuntur,

B — — — --- *Literas humaniores*, *quorsum refero*

a — — ---- Libros *criticos*,

— — ---- *Lexica* & Introductiones in *linguam* latinam, græcam, hebraicam, germanicam, gallicam &c.

c — — --- Libros *oratorios*,



Agmen igitur ducit *caput de eruditione in genere*, quod ab aliis plane omittitur, cum tamen nihil tam naturale ſit, quam ut generalia ſpecialioribus, univerſalia particularibus præmittantur.

Scilicet, curriculum ſtudiorum ingreſſuri, recte morem viatorum imitantur, qui,

qui, iter ſuſcepturi, primo omnium de via ſolliciti ſunt, inque eam non immerito ſedulo inquirunt, ſcopulosque evitandos ſciſcitantur.

Eodem jure ſecundum locum occupaſſet *Caput Panſophiam* compiexum, niſi oſtentatio, quæ auctores ad tales libros conſcribendos plerumque exſtimulare ſolet, horum pretium minueret, eosque in ultimam claſſem, ubi illos invenies, reiiceret.

Cæterum Catalogus hic *in* ſex Partes diſtributus eſt, quarum

Ima. *Theologiam,*
IIda. Jus privatum,
IIIia. Hiſtoriam & Jus publicum,
IVta. Medicinam,
Vta. Philoſophiam,
VIta. vero Libros Manuſcriptos exhibet.

Sic ordinem *Facultatum*, in Academiis noſtris, per univerſam Europam publica auctoritate ſtabilitum, ac longo uſu probatum, inque ipſis libris conſcribendis ab auctoribus ob oculos habitum, ſecutus ſum, memor tamen inſtituti, quo beatus

Rinckius *Hiſtoriam & Jus publicum primarium ſcopum* ſibi poſuerat, reliquis ſcientiis, Theologia potiſſimum & Medicina, pro alienis ab eo, aut leviter tantum attingendis, conſideratis, non potui quin *Jus privatum* a *publico* ſejungerem, ac huic non ſolum ſeparatam Partem adſignarem, verum etiam Hiſtoriam, quæ alias Philoſophiæ pars habetur, ob inſigne auxilium, quod juri publico præſtat, huic prodromum darem, id quod in Bibliothecis univerſalibus inſtruendis merito aliter cadit.

Pars I. Porro aliorum catalogorum Compilatores ipſis Theologiæ fontibus ſingulare caput, quod *adparatum Biblicum* inſcribunt, partim præmittunt, partim poſtponunt, & ad illud *Concordantias Biblicas* & *Lexica linguarum ſacrarum* potiſſimum referunt. Sed re accuratius ponderata, facile animadvertes, *concordantiarum* ac harmoniarum ſacrarum ſcriptores mentem ſacræ ſcripturæ ex diverſis dictis conciliare, ac ex locis parallelis ſ. inter ſe comparatis, verum ſenſum eruere, adeoque ad *interpretes & commentatores* ſacræ ſcripturæ merito referri,

ferri, *Lexica* vero tam græca quam hebraica non majori jure adparatui Biblico adnumerari, quam lingua latina & germanica pro nudo tantum inſtrumento juris civilis Romani atque Germanici venditari poteſt. Longe enim latius linguarum uſus patet, quam ut uni tantum diſciplinæ ſerviant, eidemque adminiculentur. Lexicographi vero reales, uti ſunt Calmet & Ravanellus, nec non Critici & Philologi, qui exemplo Flacii, Glaſſii, Riveti, Dieterici, Bibliandri, Bocharti, aliorumque *ejus* generis auctorum, ſacram ſcripturam ex arte hermenevtica aut antiquitatibus, nec non ex Chronologia & Geographia illuſtrant, ejusque veram mentem recludunt, nihil aliud ſunt, quam Sacrarum litterarum interpretes, eodemque Jure ac alii, qui ſacras litteras doctrinaliter explicant, commentatorum nomen promerentur. Habes igitur genuinam eandemque ſatis prægnantem rationem, cur Caput hoc, in aliis catalogis ſatis tumeſcens, in noſtro plane vacet, ſcriptoresque, ab aliis ſub titulo adparatus biblici citati, a nobis partim

tim ad interpretes & commentatores ſacræ ſcripturæ partim ad Philologiam linguarumque doctrinam relati ſint.

Sequitur caput tertium de *Hiſtoria eccleſiaſtica*, quæ, ſecundum ordinem, ſemel a nobis adoptatum, alias in facultate Philoſophica locum quidem obtinuiſſet, a nobis vero, ad exemplum hiſtoriæ civilis, ob inſignem uſum, quem Theologiæ præſtat, ac familiarem cum illa cognationem, e ſede ſua excitata atque huc translata eſt. Ita autem illam pertractavimus, ut, præmiſſo *capite de ſubſidiis*, eam in *generalem*, per omne nimirum ævum perque univerſum terrarum orbem decurrentem, ac *ſpecialem* ſubdivideremus.

Ad *collectores* adparatus ſ. *ſubſidiorum* hiſtoriæ eccleſiaſticæ plures referri potuiſſent: Sed hiſtoriam civilem cum ubique fere ſacræ jungant, hos Hiſtoricis ſecularibus eorumque collectoribus potius adnumeravimus. Hiſtoriam vero eccleſiaſticam *ſpecialem* conficiunt partim ſingulæ *gentes* atque *provinciæ*, partim certæ *Epochæ*, partim *Concilia* atque *Colloquia*

Digitized by

loquia Theologica, quæ ob grande, quod in rebus eccleſiaſticis ferunt, momentum, recte ſeparatim conſiderantur, partim præcipua *Subjecta*, uti ſunt *Sancti*, *Martyres*, *Ordines*, *Hæretici* & *Schismatici*, partim vero Singularia *objecta* atque argumenta, denique Ethnici ſive *Gentiles*, quorum hiſtoria Theologica hic quoque merito in cenſum venit, licet eos hac in re a reliquis populis ſive Judaicis ſive Chriſtianis ſeparaverimus, atque ob nimiam eorum credulitatem vltimum in locum rejecerimus.

Ipſa *Theologia* diſpeſcitur ab hujus artis peritis in exegeticam, quam interpretes & critici commentationibus ſuis hermenevticis, philologicis, geographicis, chronologicis, hiſtoricis, antiquariis, philoſophicis, aliisque producunt, atque *dogmaticam* ſ. ſyſtematicam, porro in *naturalem*, quam alii *Theoſophiam* appellant, partemque Philoſophiae non inique faciunt, nec non *moralem* ſive *practicam*, & caſuiſticam, a conſiſtoriali, jurisprudentiæ parte, diſtinguendam, denique *polemicam*, ad quam fanatica merito refertur, ut & *homile-*

Digitized by Google

homileticam atque *gentilem*, quam partitionem nos quoque ſecuti ſumus.

Sunt, qui *Sermones funebres* ad homiliàm referunt, ſed *ſolennium* deſcriptiones ac perſonalia, quæ plurimum cum iis coniungi ſolent, alia omnia ſuadent atque deſiderant. Illa enim in doctrina ceremoniali facem interdum præferunt, ac exempla præbent aut ſequenda aut fugienda; *hæc* vero non ſolum ſingularia interdum ſuppeditant, quibus res geſtæ ſummorum Principum atque virorum illuſtrari poſſunt, verum etiam ad genealogiam familiarum præcipue ſui temporis multum faciunt, in antiquioribus licet caute iis utendum ſit, ne quis ſibi imponi patiatur. His rationibus moti, hæc funebria maximam partem ad hiſtoriam retulimus, præſertim cum in iis *orationes funebres*, ut plurimum, ſatis ſiccæ & feſtinatæ, Epicedia vero contorta et raptim convaſata adpareant.

Cumque *opera Theologica* plerumque omnes ſpecies mox recitatas complectantur, *Conſilia* vero, prouti caſus ferunt, ea omnia miſceant, haud immerito *utraque* a com-

a commemoratis ſeparavimus, inque ſingularia capita unacum *argumentis ſpecialiſſimis* rejecimus.

Sequitur *Jurisprudentia*, quam in *privatam & publicam* diſtinximus, unicuique Singularem Partem tribuentes, Jure privato in *civile*, *feudale* atque *canonicum* ſubdiviſo. *Pars II.*

Inter *jura civilia*, quibus *Librum primum* hujus partis ſecundæ adſcripſimus, eminet *Romanum*, & apud nos *Germanicum*, id quod partim univerſæ Germaniæ commune, partim vero certis tantum Germanorum populis atque provinciis proprium habetur. In his ſe diſtinguit *Jus Saxonicum* tam univerſæ gentis, quam Electorale, nec non Suevicum ſeu *Alemannicum*, quorum ideo *fontibus* ſingulare caput adjudicavimus, reliquis *ſtatutorum* nomine in una claſſe comprehenſis. His poſtremis ob paucitatem commentatores ſuos junximus, in illis vero æqualitatem cum aliis juribus primariis obſervavimus. Proximum igitur a fontibus locum occupant univerſi *Juris civilis* tam Romani quam Germanici *ſyſtemata* atque compendia, quibus Lexica *juridica*, ob *Lib. I.*

com-

Digitized by Google

communem finem merito accenſentur. *Hæc excipiunt Commentatores* in certas *juris* civilis *ſpecies*, ut ſunt *Jus militare*, *metallicum*, *georgicum*, *criminale*, *cambiale*, *aquaticum*, cætera. Alii ab ordine ſyſtematico & doctrinali recedunt, ſeriem *legum* tam Romanarum quam Germanicarum, in ſpecie Saxonicarum et Alemannicarum ſecuti, quas *interpretari*, illuſtrare atque conciliare annituntur. Eundem uſum præſtant *Conſilia*, *Reſponſa*, *Deciſiones* aliaque huius generis opera, quæ dum Leges ad facta adplicant, mentem earum atque interiora recludunt. Denique partem juris haud ignobilem *modus in foro procedendi* conſtituit, cui ideo *caput* ſingulare adſignavimus. Agmen vero claudunt *Opera* tam majora quam minora, quæ hæc omnia miſcent, ut & obſervationum & diſſertationum *collectiones*, nec non ſcriptores, qui jura tam *critice* quam ex *antiquitatibus* atque hiſtoria illuſtrare ſolent, denique *argumentorum ſingularium* diſcuſſores.

Lib. II. De *Libro ſecundo*, qui *Juris feudalis* tam fontes quam commentatores & materias

& materias ſingulares complectitur, ut et de *Libro tertio Juri canonico* et *eccleſiaſtico* adſignato, nihil habeo, quod dicam, cum per ſe omnia clara ſint atque pateſcant. *Lib. III.* De *Libro* vero *quarto*, quem *Jura privata exterorum regnorum*, ordine alphabetico digeſtorum, occupant, monendum venit, quod hic bibliothecam inſtruendi ordo ad Germaniam tantum noſtram quadret, inque aliis regnis atque provinciis, merito aliter diſponatur. *Lib. IV.*

Jam ordo tangit *Partem tertiam* eandemque præcipuam hujus Catalogi, quæ *Jus publicum* cum *diſciplinis* ſuis *inſtrumentalibus* comprehendit. *Pars III.* In vulgus quidem notum eſt, quod *Hiſtoria* ſecundum inſtitutum academiarum noſtrarum recte ſatis ad philoſophicam facultatem referatur, cum multo plures omnino uſus præſtet, quam ut Juri publico inſerviat. Eſt enim prudentiæ politicæ ſpeculum, regiminis diuini magiſtra, moralitatis theſaurus, eloquentiæ tam ſacræ, quam civilis promtuarium, Jurisque naturalis et gentium fulcrum atque ſtabilimentum. Verum enim vero *B. Rinckius* in libris hiſtoricis

ſtoricis colligendis cum oculos ſuos, uti ſaepe dixit, præcipue in Jus publicum defixos habuerit; non inique hoc inſtitutum in catalogo noſtro, hiſtoriam cum Jure publico conjungentes, proſequimur. Sunt, qui *hiſtoriam*, potiſſimum *litterariam*, reliquis diſciplinis omnibus præmittendam cenſent. Quis enim ſine libris, de quibus hiſtoria litteraria præcipit, in ſtudiis litterarum quibuscunque progreſſus facere poteſt felices? Quis Theologiæ cultor hiſtoria ſacra, quis JCtus hiſtoria juridica, quis Medicus naturali, quis denique Politicus rebus geſtis carere poteſt & ſuperſedere? Sed qui ita ratiocinantur, eadem ratione doctrinam legendi ſyllabasque componendi, nec non artem grammaticam linguarumque ſcientiam aliaſque plures reliquis diſciplinis præferre coguntur, cum ſine iis nemini facile aditus ad eruditionem pateat. Nos igitur, ſingulares rationes jam expoſitas ſecuti, *hiſtoriam eccleſiaſticam atque civilem* a *litteraria* ſeparavimus, *illa* ad *Theologiam*, *iſta* vero ad *Jus publicum* relata, *ultima denique* in ſua ſede, quam ipſi facultatum

apud

apud nos ordo adſignat, relicta. Quemadmodum autem omnis hiſtoria ſine *Geographia*, *Genealogia*, *arte diplomatica* atque *heraldica*, nec non ſine *linguarum medii ævi* cognitione jejuna eſt atque eneruis: ita has diſciplinas *propædevticas* Hiſtoriæ *Lib. I.* præmiſimus, quo hæc juſto comitatu ſtipata incedere, ac ſatellitibus ſuis ſuperbire poſſit.

Geographia maximam partem ex locorum deſcriptionibus, ſeu ex *Topographia* enaſcitur, *utraque* vero unacum delineationibus ſeu *mappis geographicis* tutiſſime ex relationibus legatorum, aliorumque peregrinantium, tanquam teſtium ocularium, hauriuntur, quamobrem tam *Topographiam* quam *Atlantium* atque *mapparum*, ceu vulgo dicuntur, conſignationem Geographiæ aſſociavimus, eidemque *Itineraria* ſubjunximus. Cæterum ſunt, qui *Coſmographiam*, quæ univerſam mundi machinam, orbe terrarum comprehenſo, contemplatur perſcrutaturque, ſicuti et *Geographiam ſublimem*, quæ Globos et mappas fabricare, problemataque Geographica reſolvere docet, ad Matheſin

referunt, ſed conſultius exiſtimavi, utramque ob nexum amicum arctiſſimumque vinculum, quo cum Geographia colligantur, huic ſociare, hancque integram continere et haud interruptam. In *ſubdiviſione* vero hujus capituli ab univerſali ad ſpecialiora ſecundum *quatuor* nimirum *orbis partes* proceditur.

Ita quoque *Genealogiam* in *univerſalem* et *particularem*, hancque iterum in *Europæam* tam in genere, quam in ſpecie Imperii Romano-*Germanici*, cujus deinde *familiæ illuſtres* ordine alphabetico recenſentur, nec non *exterorum Regnorum*, eodem ordine locatorum, porro in *Aſiaticam*, *Africanam* atque *Americanam* ſubdiſtinximus.

Ad libros *heraldicos* ſcriptores ludorum equeſtrium, quos vulgo *Torneamenta* dicimus, ideo retulimus, quia in ejusmodi exercitationibus præcipuus inſignium uſus adparet, iisdemque cenſores præficiuntur, quibus ſcutorum ſuorum ac galearum picturas, totiusque habitus equeſtris ornatum ac decorationes privilegiarias, per certas majorum nobilium genera-

generationes, ad præſcriptum probare tenentur, qui ad hæc certamina in palæſtram equeſtrem admitti cupiunt.

Quem uſum *Lexica medii ævi* in eruendo diplomatum vero ſenſu ſcriptorumque coævorum mente explicanda præſtent, illi probe ſciunt, qui, his ſubſidiis adjuti, ſtudio hiſtorico operam impendunt. Quare me haud inique feciſſe exiſtimo, quod gloſſatoribus mediæ ac infimæ latinitatis noſtræque vernaculæ locum *capite ſingulari* adſignauerim. Agmen vero claudit caput de *criſi ac arte diplomatica et ſigillari*, qua deſtituti in examinandis, extricandis, applicandisque diplomatibus hæſitant atque retardantur, cum contra ea præditi his in rebus mirum in modum procedant adjuventurque. Sic ad diplomata intelligenda examinandaque egregie quoque faciunt *calendaria medii ævi*, quare ea ad latus artis diplomaticæ recte collocata putamus.

Pervenimus ad Librum *ſecundum*, qui, generalioribus de *natura* ac indole hiſtoriæ eamque addiſcendi *methodo* præmiſſis, primum *fontes* atque ſubſidia hiſtorica, *Lib. II.*

Digitized by Google

deinde *ipſam diſciplinam* pertractat. In fontibus hiſtoriæ vero jure ſuo primum locum occupant ipſa *diplomata*, quorum *collectores* exhibet *caput ſecundum*, iis deſtinatum, qui aut *omnis generis* diplomata aut *varia* tantum congeſſerunt, *ſpecialioribus* ſeu provinciæ cuivis propriis ad hanc remiſſis, ceu patet v. g. ex Hundii metropoli Salisburgenſi, quæ ſub hoc Archiepiſcopatu quærenda eſt. Proximum a diplomatibus locum tenent *ſcriptores coævi*, qui ex propria partim experientia, partim vero ex auditu relationibusque aliorum fide dignis ſua perhibent teſtimonia, ex quibus deinde illi, qui *ſyſtemata* hiſtorica digerunt, ſua haurire ſolent, a fontibus igitur ſegregati & ad loca congrua remiſſi. Sunt, qui ſcriptores coætaneos ſive omnis generis, ſive certarum Gentium certorumque Regnorum in unum Volumen congeſſerunt, id quod nobis anſam dedit, ut has collectiones in *generales* & *ſpeciales* ſubdiſtingueremus, eodemque ordine ſcriptores ipſos ſingulatim editos collocaremus, quo fit, ut ſcriptores coævi, qui de rebus geſtis

geſtis alicujus tantum regni aut provinciæ tradiderunt, in libro ſecundo generalioribus tantum dicato, fruſtra quærantur. Et quis eſt, qui *monumentis* ac *inſcriptionibus* tam triumphalibus, quam lugubribus aliisque, ut et *antiquitatibus* reliquis uſum in hiſtoria denegare audeat? Quis *nummis* tam memorialibus, quam mercatoriis, *gemmisque cælatis* eandem utilitatem in dubium vocabit?

Atqui ex his ſubſidiis, tanquam fontibus, ipſa *Hiſtoria* rerumque geſtarum ſeries, cui ideo *librum tertium* tribuimus, propullulat, quæ, in ordinem redacta, magis culta ac ornata adparet, ita quidem, ut tunc alia ex aliis nexa, omniaque inter ſe apta et colligata videantur. Præſtant hoc *univerſim ſyſtematum*, *compendiorum* ac *Lexicorum* hiſtoricorum nec non *tabellarum* compilatores, quos omnes, quatenus univerſum terrarum orbem pervagantur, in *Capite primo* conjunximus. Alii autem *omnem hiſtoriam* a mundi exordio ad ſua *uſque* tempora per totum orbem congeſſerunt, alii *ſui tantum ævi* res apud omnes gentes geſtas tradiderunt,

Lib. III.

Digitized by Google

alii *certi ſeculi* atque *periodi* facta conſignarunt, quos omnes *mixtim* ſecundum ſeriem alphabeticam in hoc capite deprehendes.

Præterea, poſtquam Doctores academici regna atque provincias tam juridice quam politice ac geographice ſimul contemplari, ſtatumque præſentem cum ante actis conjungere cœperunt; enata ex hac permixtione eſt ſingularis diſciplina, ab inventoribus *Notitia rerum publicarum* appellata. Non probo hanc confuſionem, præſertim in Doctoribus umbraticis rerum politicarum interdum non ſatis gnaris, certoque mihi perſuaſum habeo, quod eam partim ſtudium novitatis, partim cupiditas quæſtus in academias introduxerit, quare non inique me feciſſe puto, ſi in artificiis, auditores pecunia emungendi, reponam. Recordor non ſine tædio, me olim in academia vicina prælectiones quasdam viri, cæteroquin ſatis eruditi, frequentaſſe, qui, *notitiam univerſæ Europæ* auditoribus ſuis explanaturus, tanta cum temeritate, de arcanis omnium fere rerum publicarum

locutus

locutus eſt, ac ſi Imperatores ac Reges, non unus quidem, ſed totius fere Europæ, ipſius conſilio negotia tractaſſent. Huic viro nullus, qui ad clavum reipublicæ ſedebat, procerum, ſatis prudens, nullus Legatorum ſatis cautus, imo nullus belli Dux tam peritus erat, quem non docere poterat, quomodo acies inſtruenda, hoſtis excipiendus, ſtratagemata adhibenda, ac fortalitia eſſent expugnanda, cum tamen ex diſcurſibus ejus, quando eos nunc relego, nimia ubivis confidentia, præceps animi feſtinatio, judicii ipſo rerum uſu nondum ſatis limati immaturitas, antiquorum cum recentioribus inconſiderata confuſio, peregrinorum contorta adplicatio, pluraque vitia eluceant, quæ omnibus, qui his rebus leuiter tantum tincti ſunt, facile ſeſe produnt.

Quoniam vero non ſolum viri, in aulis exaſciati ac in rebus politicis ſatis præparati, interdum in Academias remigrare, verum etiam ſummi Status adminiſtri, longa experientia ſatis expoliti, otio impetrato, animum quandoquidem ad ſcribendum adpellere ſolent, hac deinde me-

thodo uſi ; neceſſitatem hoc nobis imponit, ut hujus generis libris ſingulare caput tribuamus, qui cæterum conſultius judicamus, ut in ſcholis, praxi politica ac ipſo rerum uſu fere deſtitutis, quælibet harum diſciplinarum intra ſphæram ſuam contineatur, ne μετάβασις εἰς ἄλλο γένος committatur, eaque inconſulte iterum perturbentur, quæ tanta induſtria ab aliis ſeparata ſunt atque diſcreta.

Excipit hoc caput aliud, quod de *Hiſtoria Europæa* inſcribitur, inque aliis catalogis deſideratur. Confundunt enim horum compilatores ut plurimum hiſtoriam univerſi terrarum orbis cum Europæa, quæ multis tamen nominibus uſibusque ab illa ſe diſtinguit, multosque auctores ſingulatim occupavit. Etenim quis eſt, qui Franckenbergio ſ. Zechio cum fecialí ſuo Europæo, Auctoribus Theatri Europæi, Weilero, qui ſub nomine Levini ab Amber latere voluit, cum introductione ſua in Hiſtoriam Europæ, Franckenſteinio cum Theatro, ac Puffendorffio cum compendio hiſtoriæ Europææ, alliſque hujus generis libris hoc meritum invidebit,

quod

quod universam Europam industriæ suæ vindicarint, huicque orbis parti suam operam addixerint. *Generalioribus Sectione prima* absolutis, divisimus Europam in sua Regna atque Respublicas, quæ inter Germaniæ nostræ, amore patriæ ducti, Romanique Imperii fastigium respicientes, primum locum tribuimus.

Sic *Sectionem secundam* ejusque *membrum primum* occupant *Systemata* atque *compendia historiæ* Imperii Romano-*Germanici*, quibus Chronica, res gestas universæ Germaniæ complexa, nec non auctores, qui de Principibus Germaniæ universim tradiderunt, adsociavimus.

Sequuntur *membro secundo* scriptores *Epocharum* certarum, *Imperatorumque singularium*, quos secundum seriem annorum digessimus. Laudem hic omnino meretur *B. Rinckius*, qui opuscula minora atque Dissertationes de singulis Imperatoribus, quas Galli ob periculum, quo facillime rarescunt ac conquirentium manibus se subtrahunt, *Pieces volantes*, appellare solent, mira industria in separata Volumina secun-

Digitized by Google

ſecundum ſeriem chronologicam diſpoſita, congeſſit.

Claudunt agmen hujus *ſectionis ſecundæ membro tertio, themata ſingularia* et *miſcellanea*, ad hiſtoriam *univerſæ Germaniæ* pertinentia, novamque periodum, *membro quarto*, incipit hiſtoria Germaniæ, per *ſingulos* Electores, Principes, reliquosque Imperii ordines, ſecundum ſeriem alphabeticam, litteris numeratam, producta.

In *ſectione tertia*, quæ hiſtoriam reliquorum Europæ Regnorum atque Regionum tractat, respublicas extinctas atque deletas a florentibus adhuc, ut alii, non diſtinximus, cum non gentes, quæ respublicas conſtituunt, et cum his collabaſcunt, ſed Regiones, nulla temporum injuria deſtruendas, fundamenti loco poſuerimus. Deſeruimus tamen inſtitutum hoc in *hiſtoria Byzantina* atque *Judaica*, eamque a *Turcica* et hiſtoria *terræ Sanctæ* ideo ſegregavimus, quia regiones iſtæ cum gentibus nomen mutarunt, ac Judæorum populus per univerſum terrarum orbem diſperſus adhucdum, licet ſine ordinatæ reipublicæ forma, perſiſtat, cujus hiſtoria

a tem-

Digitized by Google

a tempore collapſi Regni Judaici ad noſtram usque ætatem minime negligenda eſt, potiſſimum cum ſcriptores extent, qui hanc hiſtoriæ populi Judaici partem ſibi vindicaverint, quem ideo gentibus Europæis aggregavimus, quia Judæi in Europa ſine dubio numero prævalent eos, qui in aliis orbis partibus commorantur.

Jam prodit in medium *libro quarto*, *Jus publicum Romano-Germanicum*, in quo diſponendo ordinem elegimus, quem naturalis ratio ſuadet, ipſaque Juris publici Syſtemata ſuppeditant. A *legibus* enim *Imperii*, ceu *fontibus* hujus *Jurisprudentiæ*, *univerſim* conſideratis, ad *ſingulares*, easdemque nobiliores Imperii Conſtitutiones progredimur, ſeparata cuique Sectione adſignata. *Lib. IV.*

Sed præmittenda huic capiti fuiſſent *Acta publica*, uti ſunt Conſilia, Tractationes, Protocolla, Fœdera, Inſtrumenta pacis aliaque hujus generis, quæ *univerſæ Europæ* communia habentur, ex quibus deinde *Jus publicum Europæum*, emanat, Juri publico Germaniæ itidem præferendum. Verum non mea, ſed amanuenſis

culpa

culpâ factum eſt, ut hic ordo turbaretur, quam confuſionem, ne numeri ſemel ordinati a loco adſignato iterum dejicerentur, retinere coactus ſum. Id quod Lectorem benevolum æqui bonique conſulturum confido, illud tantum monens, quod Jus *publicum Europæum* ſingulare Caput hic occupans, in aliis catalogis fruſtra quæratur. Gentes autem Europæas fœderibus, Pacificationibus, uſu ac obſervantia, aliisque vinculis, juris poſitivi indolem induentibus, quodammodo colligatas eſſe, illi tantum negant, qui in negotiis publicis rebusque agendis hoſpites ſunt et idiotæ.

Pergit *Caput quartum* in Jure publico Germanico, a jure publico Europæo paulatim interrupto, cum *ſyſtematibus* atque *compendiis* aliisque libris, quibus Jus publicum Imperii noſtri ordine doctrinali comprehenditur, *operibus* ac *opuſculis miſcellaneis*, aut nulla plane aut arbitraria methodo uſis, ad *Caput quintum* rejectis.

A generalioribus proceditur ad *ſpecialiora*, ubi primum locum merito occupat *Imperator*, qui cum *Imperio* tam arcto vinculo conjunctus eſt, ut hoc illum non ſolum

lum tanquam caput et Rectorem revereatur, verum etiam in regimine adjuvet ſuffulciatque, quare utrumque ita conjunximus, ut *Caput* a) de *Imperatoris Majeſtate* & juribus reſervatis, nec non de *Imperii forma*, regimine, ſanctitate, Majeſtate & translatione, *Caput* b) de *Rege Romanorum*, Imperatoris Vicario & Succeſſore, deque *Auguſta*, Ejus conjuge, *Caput* c. & d) de *Electione & Coronatione*, *Caput* e) de *Inſignibus Imperii*, *Caput* f) de *primariis precibus Imperatoris*, *Caput* g) de *Vicariis*, *Caput* h. & i) de *Prætenſionibus* ac *finibus*, nec non de *Comitiis Imperii*, *Caput* k) de ſummis *Imperii tribunalibus*, ut & de juribus & Proceſſibus in iis uſitatis, denique *Caput* l) de *Circulis* Imperii agat.

Imperium inter alia formant atque conſtituunt *ordines* ejus, de quorum ideo *Juribus* tam in *genere*, quam in ſpecie de *ſuperioritate territoriali*, nec non de *Auſtrægis*, Jure *primogenituræ* & *Apanagii*, Jure Summo circa *ſacra*, *advocatia armata*, Jure *domaniali*, *vectigali* ac *conducendi*, Juribus *Fiſci*, *Poſtarum*, *venandi* atque *Foreſtali*, tanquam præcipuis *Regalibus*, a *Capite* m) ad u) usque tractatur.

Inter

Inter ordines Imperii eminent, præcipuumque locum tenent *Electores*, de quorum igitur Juribus tam communibus quam ſingularibus, *Capite* w) de *Principibus* vero, ut & de *Comitibus*, deque ordine *Equeſtri* ac *Civitatibus* Imperii earumque *Patriciis* a *Capite* x) ad aa) usque agitur, huicque *Caput* bb) de rebus publicis *Hanſeaticis* ob affinitatem ſubjungitur.

Quilibet horum ordinum juribus atque privilegiis ſingularibus prædituſ eſt, peculiarique reipublicæ forma gaudet, cujus deinde contemplatio præceptorumque traditio titulo *Juris publici particularis* honoratur. Exſurgit illud ac maximam partem addiſcendum eſt, ex ſcriptis polemicis, quæ jura cujusque controverſa ediſſerunt, ac vulgo *Deductiones* appellantur. Hæ a viris juris publici gnaris, magno ſemper in pretio habitæ ſunt. Conducunt enim eliguntque partes litigantes ad cauſas ſuas perorandas viros, quos habent, ſciuntque, optimos, qui, Archivorum ſubſidiis inſtructi, rem aggrediuntur. Extant quidem quædam hujus generis ſcripta in collectionibus, quas electa juris publi-

publici, item die Staats-Cantzeley ꝛc. vocare ſolemus, ſed pauca ſunt, documentisque adjectis, quae tamen omne interdum in re punctum ferunt, plurimum deſtituuntur. Neque fide exæquant illa exemplaria, quæ partium ſumtibus impreſſa, ac ab ipſis auctoribus reviſa ac ſollicite correcta, in comitiis ac aulis diſtributa ſunt, quorum *inſignem numerum B. Rinckius* collegit. Singulare igitur iis *Caput*, cc) nimirum, adſignauimus, eaque ordine alphabetico, ſecundum Domos atque familias, quarum *lites ventilant*, diſpoſuimus, ita tamen, ut *prioris tantum* rátio habita ſit, ſiquidem plura in uno volumine fuerint comprehenſa. Et quia in qualibet lite minimum duæ, interdum etiam plures, partes concurrunt, ſicuti exemplo Succeſſionis Juliacenſis conſtat, quam Domus Saxonica, Brandenburgica ac Palatina ſibi vindicant; Satius mihi viſum eſt, ut ejusmodi ſcripta, quorum unum ad alterum ſeſe refert, in una ſerie continerentur.

Claudunt denique terminantque Jus publicum Germaniæ *argumenta* illius *ſingularia*, quorum auctores *Caput* dd) occupant.

Lib. V. Germaniam noſtram excipiunt *alia Europæ Regna*, quorum *Scriptores Juris publici* ſecundum ordinem alphabeticum provinciarum, per *ſeptem Capita* Libro V. recenſentur.

Pars IV. Jam *parte quarta* ordo tangit libros *medicos*, in quorum numerum *chymicos*, *Alchymicos*, *Chirurgicos* atque *Pharmaceuticos*, ob vinculum amicum, quo inter ſe colligantur, adgregavimus.

Pars V. Lib. I. *Pars quinta* noſtri catalogi exhibet ſcriptores *philoſophicos*, ex quibus *liber primus* cultores Philoſophiæ in *ſenſu ſtricto*, quatenus nimirum *Philoſophiam inſtrumentalem*, *theoreticam* & *practicam* comprehendit, ſibi vindicat. Qui has diſciplinas philoſophicas omnes, conjunctim atque in artis formam redactas, tradunt, *compendiatores* audiunt & *ſyſtematici*, quos, unacum auctoribus, qui in *operibus* ſuis omnia miſcent, ob latitudinem, qua patet ipſorum induſtria, ſingulis diſciplinis merito prætulimus.

Has vero ducit *Logica*, quæ, una cum *Metaphyſica* ſeu ontologia, ab aliis *philoſophia inſtrumentalis*, ab aliis autem *prima* appella-

appellatur. In diſciplinis *theoreticis* prodit primum *Phyſica*, cui duas *Sectiones* dicavimus, alteram de *Corporibus terreſtribus*, quibus naturalia & artefacta in cimeliarchiis adſervata, accenſuimus, de *cæleſtibus alteram*. Ex illorum contemplatione enatæ ſunt *Anthropologia*, *Anatomia*, *Botanica*, *Lithographia*, *Metallurgia* aliæque ejus generis diſciplinæ, ex horum vero ſpeculatione *Aſtronomia* atque *Aſtrologia* exſurgunt, quibus ob *finem*, ſeu abuſum potius vulgarem *Geomantiam*, reliquasque artes divinandi, utpote *Chiromantiam*, *Phyſiognomiam*, *Anthropoſcopiam*, *metopoſcopiam* ac artem *punctandi* addidimus, licet circa corpora terrena verſentur.

Sectionem tertiam occupat *Pneumatologia* ſ. de Dæmonibus, ſpectris, anima humana, ſagarumque præſtigiis Scientia, doctrinam vero de *ente ſummo*, quam alii *Theoſophiam* ſalutant, alii Metaphyſices partem faciunt, ob vinculum amicitiæ cum *Theologia* revelata conjunximus. *Matheſis*, quæ ſecundam partem Philoſophiæ theoreticæ conſtituit, magnitudinem corporum dimetitur, ex qua con-

templatione *Arithmetica*, Geometria, *Architectura civilis* & militaris, nec non artes *mechanicae*, præſertim *Sculptura*, *pictura*, *cryptographia*, *calligraphia*, *Typographia*, ars *ſciſſoria*, *coquinaria*, *navigatoria*, denique *Stereometria* ac *Pyrologia*, de *igne luſorio* præcipiens, ebulliunt.

Ita quoque *exercitia corporis*, quae inter ars *ſaltatoria*, *Gymnaſiaſtica*, *gladiatoria*, ac *equitandi* eminent, juſtam menſuram deſiderant, locumque inter diſciplinas mathematicas ſortiuntur. Idem dicendum de *Torneamentis*, ſi illa, tanquam exercitia equeſtria, mathematice conſideraveris. Sin uſum eorum in doctrina inſignium ſpectes, arti heraldicæ, cui ſupra ea adſcripſimus, merito connumerantur.

Libris moralibus ſocios dedimus ſatyricos, quia mores carpunt atque vitia perſtringunt, eoque homines depravatos corrigere conantur. *Jurisprudentiam naturalem* in *Jus Naturæ ſtricte* ſic dictum, *Jus gentium* tam ex ratione humana, quam ex gentium pactis & obſervantia reſultans, atque *Jus publicum* univerſale ſubdiviſimus. Et quia Doctores hujus Juris *Jus*

divinum

Digitized by Google

divinum poſitivum univerſale ſibi quoque vindicant, poſtquam *Thomaſius*, primus hujus juris, a Theologis derelicti, inſtaurator, illud cum jure naturali conjunxit: eidem hic quoque locum conceſſimus, licet, ex revelatione hauriendum, Theologis competere videatur.

Doctrina politica latiſſime patet, contraximus tamen eam in ſeptem *Sectiones*, quarum *prima Syſtemata* ac *opera* politica, ſecunda *opuſcula* ac miſcellanea, *tertia* doctrinam *ceremonialem*, *quarta* artem ac prudentiam *bellicam* cum ſtratagematibus, *quinta* prudentiam *mercatoriam*, *ſexta œconomiam* et *ultima argumenta ſingularia* enumerat. Sunt autem themata ſingularia, vel in ſe ſ. abſtractive et in theſi talia, vel in hypotheſi ac applicatione ad hunc vel illum ſtatum ac rempublicam vitæque genus conſiderata, quo fit, ut latronum ac furum artes (die Spitz-Buben Streiche,) hic locum quoque obtineant.

Ad ſcientiam ceremonialem haud parum conducunt deſcriptiones *ſolennium*, quæ in nuptiis illuſtribus, conductibus funebribus, ludis equeſtribus, aliisque ſpe-

ctaculis publicis celebrari ſolent, ſed diſperſæ illæ ſunt in tot operibus, ut ſupervacaneum fuiſſet, paucis iſtis libris, qui ex inſtituto ſigillatim easdem pertractarunt, ſingulare loculamentum conſtituere.

De *prudentia militari* adhuc notandum venit, quod *Jus militare* ac res geſtæ Heroum *alibi jam* ſingularia capita occupaverint, Architectura militari, ac rei Tormentariæ nec non ignis luſorii ſcientia (die Artiglerie und Feuer-Wercks-Kunſt) in artibus ac expeditionibus mathematicis computatis. Et hæc prima Philoſophiæ ſpecies eſt:

Lib. II. *Alteram* facit *Philologia*, quæ in duas iterum partes *Hiſtoriam* nimirum et ſtudia elegantiora, abit. Hiſtoriam ex rationibus ſupra jam expoſitis, partim cum Theologia, partim vero cum Jure publico conjunximus, ſola *Hiſtoria litteraria* huc reſervata, quæ ſeptem capitibus abſolvitur.

Primum ſiſtit *Scriptores rei litterariæ* in genere, *alterum* illos, qui res geſtas *eruditas* certarum *gentium*, provinciarum, ſcientiarum atque epocharum conſignarunt, quibus Diaria ſ. *Journaux* aliaque miſcel-

Digitized by Google

miſcellanea, nec non controverſias eruditorum, niſi materia aut objectum librorum alium locum poſtulaverint, accenſuimus. *Tertium caput* exhibet Scriptores de re *Bibliothecaria*, nec non Catalogos Bibliothecarum, quatenus indices librorum repræſentant. Illi enim, qui ſub nomine Bibliothecarum, univerſam quandam diſciplinam exhauriunt, aut judicia de libris eorumque meritis fecerunt, in *capite ſecundo* locum ſuum jam ſortiti ſunt. *Caput quartum hiſtoriam academiarum, ſcholarum* ac ſocietatum eruditarum, *quintum* vero *Biographos* omnis generis *eruditorum* producit. Et quia tam *Heroes*, quam alii, ſive rerum geſtarum gloria *illuſtres*, ſive facinorum atrocitate aut infortunio *famoſi*, plerumque doctrina pollent, eaque eruditiſſimos quosvis interdum ſuperant; ipſis proximum poſt eruditos caput, *ſextum nimirum*, addiximus, quod mente expungere illi poſſunt, qui eos rectius ad hiſtoriam certarum gentium cenſent referendos. Sequitur *capite ſeptimo hiſtoria* tam *rei militaris* in genere, quam ſpeciatim *ordinum militarium*, quos capite *octavo hi-*

ſtoria theologica, capite *nono* hiſtoria *juris* capite *decimo* hiſtoria *philoſophica* in genere, ſpeciatim vero hiſtoria *naturalis* capite *undecimo*, ac rerum *mathematicarum* atque *mechanicarum*, capite *duodecimo* duobus aſteriſcis notato, excipiunt.

Tandem prodeunt capite *decimo tertio* et *decimo quarto* ſ. litteris λ et ο ſignato *opera hiſtorica* nec non exercitationes ac commentationes *miſcellaneæ*, ut et *themata ſingularia hiſtorica*, quæ iterum amanuenſis noſtri culpa a reliqua hiſtoria ſeparata ſunt.

Denique ad *alteram partem Philologiæ*, *ſtudia nimirum humaniora*, devenimus, quæ ab aliis litteræ elegantiores vocantur, et *artibus criticis* atque *liberalibus*, potiſſimum vero doctrina *linguarum*, *arte dicendi*, atque *Poëſi* abſolvuntur.

Doctrinam linguarum *Lexicographi* atque *Grammatici* ſuam quidem faciunt, pertinent tamen huc etiam commentatores, idiotiſmos ac *linguæ genium* explicantes, nec non ſcriptores, qui de *barbariſmis* et vitiis ſermonis ut et de etymologia atque arte decifratoria præcipiunt.

Ad

Ad *eloquentiam* ſibi comparandam ipſa exempla *orationum* non ſufficiunt, ſed adparatu quoque opus eſt, quem ſuppeditant *collectores locorum communium*, *ſententiarum*, *adagiorum*, *apophthegmatum*, *hieroglyphicorum*, *emblematum*, *anagrammatum*, *inſcriptionum*, *epigrammatum*, aliorumque. Neque multum a vero nobis aberraſſe videmur, ſi *Dialogos* quoque ad artem dicendi referamus, cum in bene compoſitis colloquiis haud contemnendum eloquentiæ artificium deliteſcat. *Epiſtolarum* bene concinnatarum exempla partim in doctrina ſtyli arteque dicendi uſum præbent, partim vero, ſi materiam ſpectes, de qua agunt, ad omnis generis ſcientiam introducunt, uti ſolus Zeilerus ſua collectione epiſtolica comprobat. Quia vero hæc duo genera valde mixta ſunt, plurimæque epiſtolæ utrumque finem ſibi propoſitum habent, merito eas omnes, ſine ullo diſcrimine, in uno capite conjunximus. Quam utilitatem in arte dicendi juvenes, potiſſimum vero fœmellæ, ex lectione *librorum Romanenſium* ſperent capiantque, noto notius eſt, quamobrem

quosdam eorum cum *libris facetiarum artisque* modeſte ac prudenter *jocandi*, ſiquidem eundem uſum præſtiterint, *capite quinto* ſociavimus, maximam vero partem, ob artificium fingendi, *Poëſi* reliquimus. Jocis et facetiis merito connumeramus *dictiones argutas*, nec non *ſententias* et *hiſtoriolas ingenioſas*, quas Galli *bons mots* appellare ſolent.

Ad Poëſin *fabulas*, maximamque partem fictionum *Romanenſium* (Romainen) nec non *Comœdias* atque *Tragœdias* aliaque Theatralia, ut et *Caſtra doloris*, ac *Decorationes funebres* retulimus, Satyris, niſi ſermone ligato utantur, ad libros morales remiſſis. *Mythologia* proprie loquendo Theologiæ gentilis ſpecies eſt, quamobrem Ovidii Metamorphoſin, ne exemplum deſit, ſupra in caput, quod Theoſophiæ gentilium dicatum eſt, repoſuimus: Sed memores hic, iſtam arti quoque poeticæ tam familiarem eſſe tamque proficuam, noluimus illam ab hac prorſus ſeparare.

Agmen Partis hujus quintæ claudit *caput* C, *opera* et opuſcula miſcellanea omnis generis ſcientiarum, ut et Caput D. *Panſophos*

ſophos & Lexica univerſalia complexum. De his jam ſupra mentem noſtram expoſuimus, de operibus vero miſcellaneis addendum adhuc eſt, quod ſcripta in ana pro talibus quoque a nobis reputata ſint, niſi titulus præ ſe ferat, eadem ſententias tantum ingenioſas, Gallis *bons mots*, uti ſunt *Menagiana & Sorberiana*, tractare, quo caſu ea ad conſortium librorum, qui de facetiis ac dictione arguta præcipiunt, ablegavimus.

Reſtat tandem *ſexta* eademque ultima *Pars* Catalogi, quam *Codicibus MStis* conſecravimus, quibus *libri* ſub *incunabulis artis typographicæ impreſſi* pretio pares habentur. Utrorumque tam magnus numerus non eſt, ſed paucitatem rariſſimorum codicum gravitas, quibus Bibliotheca *Rinckiana* nulli fere alii privatorum cedit, compenſat. Numero in iis *librum armorum* in Cancellaria Imperiali ſub Carolo V. Ferdinando I. & Maximiliano II. ex Schedis *Seldianis*, collectum, locupletiſſimum adparatum *inſignium* ſub Friderico III. & Innocentio VIII. Pontifice congeſtam, quæ venerabili in hoc ſcientiarum genere antiquitate ſeſe commendat, præter-

Pars VI.

Digitized by Google

præterea *Zanieri Hiſtoriam* diplomaticam *Bavariæ*, Hundii continuationem ſ. Partem *tertiam* Genealogiæ illuſtrium familiarum Bavariæ nondum editam, ab eruditis vero diù deſideratam, *Hiſtoriam feſtorum* ac vitas *Sanctorum*, *Paſſionale antiquum Romanum*, Codicem de *Paſſionibus Apoſtolorum* ex ſeculo octavo, Biblia latina de a. 1180. cum dicto cardinali I. Joh. 5. v. 7. *Calendaria medii* ævi, *Icones Domus Auſtriacæ* in membrana ad vivum expreſſas, inauditam his in oris *Genealogiam* Principis *Tartarici* ad Adamum usque deductam, *Manuſcripta Norimbergenſia*, quibus *B. Rinckius* alios fere omnes numero non tantum, verum etiam ſelectu ſuperat, ſplendidiſſimum librum memorialem, de fatis portentoſis Maximiliani I. vulgo Teuer-Danck, aliosque. Lectoris igitur curioſitati ſatisfeciſſe arbitror, quod largior & copioſior in recenſendis dijudicandisque MStis. *Rinckianis* fuerim, quo de pretio & dignitate eorum rectius atque curatius ſtatui poſſit.

Sic habes, reddidimusque tibi, B. L., rationes, quibus in ordinanda Bibliotheca

Rinckia-

Rinckiana ejusque Catalogo conficiendo uſi ſumus.

Ubi plures libri in unam ligaturam compacti erant, primum tantum pro argumento ſuo collocauimus reliquis tamen ſimul nominatis, atque in indicem hujus catalogi ſuo loco repoſitis. Factum hinc interdum eſt, ut liber ſocium ſuum anteceſſorem ſequi juſſus, locum nactus ſit in claſſe, quæ ab argumento ſuo plane aliena eſt, id quod in catalogis Bibliothecarum, quæ venditioni non deſtinatæ ſunt, facile poteſt evitari. Ibi enim unus liber, pluries ſubque diverſis titulis, remiſſive licet, recenſeri, hic vero non niſi una vice vendi poteſt atque proclamari.

Opera variorum argumentorum a potiori æſtimavimus, ubi vero nulla diſciplina prævaluit, ſed omnes æqualiter mixtæ adparuere, ad opera miſcellanea omnis generis ſcientiarum rejecimus.

Auctores Claſſicos ſecundum argumenta, de quibus tractarunt, diſpoſuimus. Sic Julium *Cæſarem* de bello Romanorum cum Gallis geſto, nec non *Livii* Hiſtoriæ Romanæ libros ſuperſtites, ad *Hiſtoriam Romanam*

Digitized by Google

manam, *Ciceronis officia* ad *Jus naturæ*, *Plinii Hiſtoriam* naturalem ad libros *Phyſicos* remiſimus. Alii forte aliter, ſed methodi meæ ratio illud poſtulavit.

Interim non diffitemur, nos in libris reponendis hinc inde præter opinionem forte in *errores* incidiſſe. Catalogum enim, quem Altorffi absque ullo ordine, calamo feſtinante, utcunque conſcripſeramus, cum Dreſdæ ordinaremus, facile nobis, a Bibliotheca remotis, accidere potuit, ut, a memoria derelicti, tituloque libri ſeducti, eum in locum minime competentem collocaremus, neque in reviſione catalogi, Stötterizii præſente Bibliotheca denuo recogniti, illud ubivis animadverteremus. Cujus enim tam felix tamque divina memoria eſt, ut omnium librorum contenta in promtu numeratoque quaſi habeat, eorundemque pro lubitu ſemper recordetur. Neque ope aliorum in catalogo conficiendo carere potui, quorum induſtriæ quod confiſus ſim, æquus excuſabit cenſor.

Porro *B. Rinckius* in Bibliotheca ſua interdum *auctoris* cujusdam *ſcripta* omnia, nulla attenta diverſorum argumentorum ratio-

ratione, in unum loculamentum repoſuerat. Ita, e. g. respublicæ Elzevirianæ unum quaſi corpus conſtituebant, quas nos ſecundum provinciarum diverſitatem hinc illinc diſperſimus et ad ſingulas, quas deſcribunt, respublicas, retulimus. Quoniam vero forte non deerunt, qui hanc collectionem integram deſiderabunt, illorum in gratiam eas, ſi modo intentionem ſuam ante diſtractionem ſat tempeſtive annuncient, ſimul vendendas proponimus, id quod etiam de aliis, v. g. *Chiffletianis*, quæ ad unum omnia proſtant, intelligendum eſt, licet in catalogo noſtro pro ratione materiarum hinc inde disjecta compareant.

Hæc *univerſa Bibliotheca*, tam impreſſa quam MSta, conjunctim *viginti millibus florenorum Rhenenſium* venalis offertur æſtimatoribus, ſi quis eam hoc pretio intra *ſex menſes* a primo Martii hujus anni computandis a me comparare velit. Demonſtrabo illis, qui hac de re, emendi animo, mecum communicare cupiunt, bibliothecam noſtram pro dicta pecuniæ ſumma *longe* minoris vendi, quam ſi auctionis legibus ſubjiciatur.

Ex

Ex catalogo enim Bibliothecæ *Gundlingianæ pretia*, exemplari noſtro adſcripta, quibus libri iſti publica auctione diſtracti ſunt, in noſtrum catalogum eum in finem transtulimus, ut emtores calculo propoſito convincere poſſimus, ſummam ſupra conſtitutam nondum ad auctionis, multo minus ad verum librorum pretium adſcendere, ſed ab utroque longiſſime adhuc recedere.

His *ſex* menſibus finitis, a *primo die Septembris* anni 1747. *ſingula opera*, venalia proſtant pro juſto pretio, de quo mecum, uti infra pluribus exponemus, facile conveniendum erit. Ante hunc vero diem ne libellus quidem diſtrahetur, id quod in gratiam exterorum fit, ne juſto ſpatio deſtituantur, quo catalogus ad illos deportari, et ad eos, quibus res ſuas committere ſibi proponunt, reſcribi poſſit.

Deprehendes autem in hac Bibliotheca noſtra, maxima opera ad unum *fere* omnia, *ſcriptores* nimirum rerum *Byzantinarum*, et quidem induſtria *B. Rinckii* auctius atque completius ac in aliis Bibliothecis habentur, porro *Theſauros* antiquitatum

tatum Græcarum *Gronovii*, Romanarum *Grævii*, et quidem utrumque *cum* Henrici de Salengre et Poleni *Supplementis*, præterea *Theſaurum* antiquitatum *Italiæ*, Neapolis, Siciliæ atque Sardiniæ, ejusdem *Grævii* atque *Burmanni*, *Muratorii* Scriptores rerum *Italicarum*, *Ughelli Italiam* ſacram, *Montefalconis antiquitates* iconibus expreſſas, cum *ſupplementis*, nec non ejusdem *Monumenta* Galliæ, Bollandi et Henſchenii cet. *Acta Sanctorum*, *Martene* Theſaurum *anecdotorum*, ejusdemque *ſcriptorum* et *monumentorum* veterum collectionem, *Acherii Spicilegium*, du *Cheſne Scriptores* Hiſtoriæ tam *Francorum* quam *Normannorum*, *Hemingeſii* opus *genealogicum* completum, *Schatenii* Annales Paderbornenſes cum Hiſtoria Weſtphaliæ, *Lunigiana* omnia, *Maieri* acta pacis *Weſtphalicæ* ejusque executionis cet. *Khevenhilleri annales* Ferdinandeos, *Zeileri Topographias omnes*, *Theatrum Europæum* cum continuationibus, *Londorpii Acta publica*, Du *Mont* Corpus *diplomaticum*, *Rymeri* Acta gentis *Anglicanæ*, *opera Goldaſti*, *Chiffletiana omnia*, *Labbei* & *Coſſartii Concilia*, *Cujacii omnia*, *Fabrotti* opus Baſilicon, *Ottonis Theſaurum* Juris Romani,

Miræi opera diplomatica, Palatii Aquilas omnes, Aizemæ Belgica, Aria-Montani Biblia polyglotta, Bibliothecam Geſneri cum Lycoſthenis et Simleri continuationibus, opus rariſſime completum, hic vero integrum adparens, *Beyerlingkii Theatrum* vitæ, *Launoji* opera omnia, Magnum *Bullarium Romanum, Diarium Europæum, Acta eruditorum* latina, *Ephemerides* et *miſcellanea naturæ* curioſorum, *Matthæi* analecta veteris ævi, *Fabri cancellariam publicam, Electa juris publici, Novellas litterarias Lipſienſes* aliosque non minoris momenti libros.

In his aliisque operibus complete habendis *B. Rinckius* tanta induſtria verſatus eſt, tantaque cupiditate flagravit, ut v. g., ad editionem Pariſienſem Corporis Byzantini complendam, ſeu potius locupletandam, a Bibliopola Veneto, qui novam horum ſcriptorum editionem adornavit, Tomum illum, quo Geneſius liberalitate Menckenii noſtri recens acceſſit, ſeorſim ſumtuoſe ſibi compararet. Pari cura in collectionibus integrandis elaboravit, ita quidem, ut opuſcula minora, ſicubi quædam auctoris, cujus ſcripta omnia conquirebat, induſtriæ ſuæ ſeſe ſubtraherent,

ſuis

ſuis impenſis typis committeret, ſiquidem celeberrimus Dn. *Köhlerus* in denen Münz-Beluſtigungen, num. 28. 1745. illud jam exemplo *Chiffletiorum*, quorum quædam ſoripta minuta Rinckii noſtri ſolertiam ſubterfugiebant eludebantque, comprobavit.

Ut præſciant autem emtores, quam normam in æſtimandis libris, ſigillatim vendendis, mihi poſuerim, quibusque conditionibus mecum tractandum ſit, remitto illos ad pretia, quibus *Theophilus Georgius*, Bibliopola Lipſienſis, in catalogo librorum ann. 1742. ſub nomine *Lexici* edito, libros in tabernis *ſine cruſta* venales, moderate ſatis ac ad invidiam uſque Bibliopolarum æſtimavit. Has taxationes fundamenti loco ponamus, ita tamen, ut, *præter ligaturas*, de ſingulis centenis in *operibus majoribus viginti* adhuc Imperiales, in *minoribus* vero *quindecim* in lucrum cedant emtori, ſive multos ſive paucos libros præſtinanti, qua in re me æquiſſimum venditorem præſtitiſſe arbitror. Ut exemplo res mensque mea clarior fiat, accipe *Lunigii Archivum* S. Rom. Imp. cui in dicto Lexico Theophili Georgii, Part. II. pag. 450. pretium 89. Thalerorum, quo nondum com-

pactum (ungebunden) a Bibliopolis venditur ſtatutum eſt; illud ex Bibliotheca noſtra, involucris ſ. cruſtis membranaceis recens compactis ornatum, ſecundum proportionem ſupra præſtructam, pro 71. Imperialibus cum 7. groſſis poteris comparare. Ex quibus apparet, emtorem in hoc libro non ſolum 17. Thlr. 19. gl. loco detractus (quem mercatores vulgo *Rabbat* dicere ſolent) verum etiam impenſas ligaturæ viginti quatuor Voluminum, quæ ad 16. Thlr. adſcendunt, ſummamque adeo 33. Thlr. 19. gl. hoc eſt ultra quinquaginta florenos lucrari.

Quibus Catalogi Georgiani copia non eſt, illi *Dn. Schuzium*, cui res noſtras commendavimus, & de quo plura mox dicemus, per ſuos adeant, qui ipſis non ex commemorato catalogo ſolum pretia monſtrabit, verum etiam calculo ſubducto, reſiduum indicabit. De his autem pretiis tam *æquis* ac *ſatis moderatis* ne *obolus* quidem ultra remittitur, ita, ut omnes licitationes prorſus ſupervacaneæ ſint & infructuoſæ.

Tacente vero *Georgio*, qui multos libros prætermiſit, ac *Hiſpanicos*, *Gallicos*, *Italicos*, *Anglicanos*, aliosque linguarum exotericarum nondum attigit, recurremus ad pretia, quæ *Uffenbachius* in catalogo evulgato libris ſuis vendendis conſtituit, de ſingulis tamen centenis ideo *duodecim* Thaleris tantum detractis, quia libri ab eo minoris jam æſtimati ſunt,

Digitized by Google

ſunt. Quod ſi vero Uffenbachius cum catalogo ſuo ad decidendum non ſufficiat, ſubſtituimus eidem *Gundlingianum*, quem cum pretiis auctionariis adſcriptis poſſidemus, de quibus itidem *octava Pars* ſ. *duodecim* de *centenis* detrahentur.

Quantum ad *Diſſertationes* attinet, qui integra Volumina depoſcunt, alphabetum duobus groſſis ement, qui ſingulas ex voluminibus nondum compactis (ligatâ enim ob unam alteramve Diſſertatiunculam reſcindere animus non eſt) anquirunt, tribus illud rediment. Excipimus tamen ab hac ſelectione *Volumina* diſſertationum *de eadem materia* tractantium, ne collectiones tanta induſtria *B. Rinckii* conquiſitæ, inconſulte iterum disjiciantur diſſipenturque. In his autem ſingulis Alphabetis pretium trium groſſorum ſtatuimus. Par ratio cum collectionibus tractatuum ejusdem argumenti habebitur, qui non aliter quam conjunctim venditioni exponuntur, ſingulis alphabetis ſex groſſis æſtimatis.

Deductiones a partibus litigantibus promulgatæ, quæ vulgo originalia appellari ſolent, quarum magnum numerum Bibliotheca noſtra offert, in tabernis raro venales proſtant, quo fit, ut pretio vulgari æſtimari nequeant. Qui vero de toto earum adparatu ex Bibliotheca noſtra coëmendo ſatagunt, alphabetum octo groſſis promiſcue mercabuntur, ſi modo ante feſtum Paſchatos an-

ni ſequentis 1748., voluntatem ſuam declarent. Eousque enim illorum in gratiam eas continebimus, poſtea demum diſtractioni locum conceſſuri, ſingulis alphabethis duodecim groſſis venalibus.

Reſtant adhuc *Manuſcripta*, in quibus, potiſſimum iis, qui prelum adhuc expectant, eodemque digni conſentur, ſequi poſſem morem, quo Bibliopolæ honoraria, eruditis pro lucubrationibus ſuis ſolvenda, definire ſolent. Ad numerum enim plagularum impreſſarum pretium communiter exigunt, duobus Imperialibus, aut minimum totidem florenis pro ſingula computatis. Quod pretium ſi MStis *Rinckianis* ſtaruerem, ideo æquiſſime feciſſe putarem, quoniam emtores illud a Bibliopolis facillime recuperare poſſunt, ſi quis comparatum a me codicem typis evulgare velit, quo facto, ipſe Codex MStus nihilominus tamen ei in lucrum remanet. At vero ab hac taxatione longiſſime receſſimus, talia MStis pretia ſtatuentes, qualia ipſorum merita & intrinſecus valor ſuppeditarunt. Adjecimus ea unacum foliis, quo Lector quodammodo judicare poſſit, quid pro ære ſuo ipſi ſit expectandum. Denique *libros rariſſimos* a taxatione Georgii, harum rerum non ſatis gnari, merito excipimus, facile tamen cum emtoribus de iisdem transacturi.

Monetam deſideramus in Saxonia noſtra non reprobatam, quorſum das Kayſer-Geld, die

die Chur-Sächßl., Brandenburgl. und Lüneburgl. Drittel, die Louis blanc, die vollwichtigen Ducaten und Louis d'or, und die Steuer-Groſchen, referimus, contra vero die *Charles d'or*, *Max d'or*, die Batzen, nec non monetam auream *Hiſpanicam* (die Spaniſchen Piſtoletten,) enixe deprecamur.

Ipſa autem Bibliotheca *Stötterizii* in prædio noſtro, prope Lipſiam, poſt primum Junii curr. anni, perluſtranda cuivis patebit, qui Dominum *Carolum Chriſtianum Schuzium*, *Bibliothecæ Academiæ Lipſienſis cuſtodem, in Collegio Paulino habitantem*, cui res noſtras in eo commiſimus, & ad quem, nobis abſentibus, litteræ & miſſiones dirigendæ ſunt, adire voluerit. Sed hoc de libris tantum impreſſis intelligendum eſt: Codices enim manuſcriptos curæ noſtræ reſervavimus, quare Dresdæ apud nos quærendi ſunt, ubi & perluſtrari & ære parato a nobis comparari poſſunt.

Cæterum ex ipſo Catalogo, & quæ eidem hic præfati ſumus, adparebit, *Bibliothecam Rinckianam* nulli fere, hactenus publica venditione diſtractæ, cedere, ſive eam *ſplendore* librorum atque *cultu externo*, ſive operum momento, atque pretio, ſive diſcrimine eorum atque *delectu*, ſive denique *numero* æſtimaveris. Licet enim in Catalogo noſtro ſumma librorum Rinckianorum *millenarium nonum* non excedat, qua Bibliothecæ, v. g. *Gundlingiana*, *Gribneriana*, *Hofmanniana* atque *Ludewigiana* noſtram

noſtram ſuperare videntur; ex ſedula tamen catalogorum dictarum Bibliothecarum cum noſtro collatione facile adparebit, nos in numerandis libris compendio uſos eſſe. Quodſi enim numeroſos faſciculos, ex tractatibus ejusdem argumenti a *B. Rinckio* in ſpem novarum acceſſionum ſtudioſe convolutos, in particulas diſſecare, ſingulisque opuſculis numerum ſuum adſignare voluiſſemus, multo ampliorem, ac *ultra ſedecim millium*, calculum facile potuiſſemus producere.

Indicem adjecimus locupletiſſimum, ita quidem, ut *auctores* tam *veros* quam *fictos* non ſolis numeris indicatis, verum etiam ipſis libris repetitis, nominaverimus, inque *anonymis argumentum* ſ. thema tractandum ſuum in locum, quem ordo alphabeticus ipſi adſignat, retulerimus, qua in re Catalogi *Gundlingianus*, *Gribnerianus*, *Hofmannianus*, *Ludewigianus*, aliique defectu merito redarguendo laborant.

Tandem Lectorem monemus, ne, ſi in catalogo noſtro *numerum deficere* animadvertat, librum quendam deeſſe exiſtimet. Incuria enim ſcribentis factum eſt, ut, errore in computandis operum majorum voluminibus ſemel commiſſo, numerus interdum ſive *deficiat*, ſive *ſuperſit*, cui poſtremo litteris *a*, *b*, *c*, cet. conſuluimus, quo fit, ut unus idemque numerus bis et pluries occurrat. Scribebam Dresdæ ipſis Calendis Februarii,

CIↃ IↃ CC XLVII.

CAPVT

CAPUT PRAECURSORIUM.

De Eruditione in genere ejusque augmentis et decrementis, nec non via, ad eam perveniendi.

In Quarto.

1 Joh. Joach. Bechers *Methodus* didactica. München, 1668.

Hic libellus, ad linguas tantum, potiſſimum latinam, introducens, ad *Partem V. Libr. III. Cap. II.* fuiſſet referendus.

In Octavo.

2 a) *F. G. H. I. K.* Diatribe de eo, quod θκον eſt in diſciplinis. Halae Magd. 1715. b) Nicol. *Mœlleri* de *Polymathia* Diſcurſus. Kil. 1695. c) Joh. Phil. *Slevogtii* Parergon de ἀκριολα maledici *diſputatoris.* Jenæ, 1688.

Ultimo libello, Puffendorffio a Slevogtio dedicato, hic Jenæ ſuae famam a conviciis Pufendorfii, qui aliquando ſatis praecipitanter dixerat, neminem Jenæ eſſe, qui pure et eleganter latine ſcribere valeret, vindicare conatus eſt, qua in re ipſum una ex parte Styli ſui elegantia, ab altera vero Pufendorfii minus latina dictio haud parum adjuvit.

3 Die Mittel in der gelehrten Welt berühmt zu werden. 1736.

4 Finetto *Oberti Aggiuſtamento* univerſale. Venetia, 1667.

5 *Marii d' Aſſigny* wahrhaffte Gedächtniß-Kunſt, aus dem Engliſchen überſetzt von Mauritio *Caſtens.* Leipzig, 1720.

Digitized by Google

6 a) Guil. *Saldeni* Libri duo, de *Libris* eorumque uſu et abuſu. Amſtelod. 1688. b) Th. *Bartholini* Diſſert. 7. de *libris* legendis. Hafniæ, 1676. c) *Ejusd.* de Bibliothecæ *Hafnienſis* incendio Diſſertatio. Hafniæ, 1670.

7 Johann Locks Unterricht von Erziehung der Kinder, nebſt Herrn von *Fenelons* Gedancken, von Erziehung der Töchter. Leipzig, 1708.

8 a) *Plutarchi* de liberorum *Educatione* libellus, cum interpretatione latina Guil. *Xylandri*, ex recenſione Olai *Heſychii*. Lipſiæ, 1705. b) Cl. *Quilleti* poema de *Callipædia*. Pariſiis, 1709. c) Chriſt. Hoffmann ab *Hoffmanswaldau* commentatio Epiſtolica, de *curriculo ſtudiorum* vitæ civili profuturorum ad Juvenem generoſum. Gorlicii, 1700. d) S. von Pufendorfs unvorgreifliches Bedencken wegen *Information* eines Knaben von Condition. 1721. e) de *Crouſaz* Unterricht von Auferziehung der Kinder, von *Menantes* überſetzt. Halle, 1720. f) *Rothii* et *Dieterici* de publicarum *ſcholarum* ante privatas prærogativa orationes. Ulmæ, 1618.

9) Joh. Burch. *Menckenii charletaneria* eruditorum, cum not. var. Amſtel. 1716.

10 a) Joh. Burch. Menckens 2. Reden von der Charletanerie der Gelehrten. Leipzig, 1716. b) Burckh. Gotth. Struvens Rede, von gelehrten Betrügern. Sorau, 1734. c) Der curiöſe Hauß-Spiegel, noſce te ipſum, welches die gröſten Narren ſeyn. Prag.

In Duodecimo.

11 Fr. Bac. de *Verulamio* Libr. IX. de dignitate et augmentis *Scientiar.* Lugdun. 1645. *Id.* de ſapientia *veterum.* Amſterd. apud Wetſtein. 1684.

12 Henr. Cornelii *Agrippæ* ab Nettesheym de incertitudine et *vanitate* omnium *ſcientiarum* et artium liber, et de nobilitate et præcellentia fœminei ſexus. Hagæ-Comitum, 1662.

De hoc libro vide *Vogtii* Catalogum rariorum librorum p. 14. In quibusdam enim editionibus quædam, quæ non e re Eccleſiæ Romanæ fuerunt, omiſſa ſunt. *vid. Cap. 62.* ſed editio noſtra convenit cum prima eademque incorrupta de anno 1530.

13 Chriſt.

Digitized by Google

13 Chriſt. *Liberii* Βιβλιοφιλία ſeu Tract. de ſcribendis, legendis et æſtimandis *libris*. Ultrajecti, 1681.

14 Arn. *Clapmari*, nobile ſtudiorum *triennium*, et Chriſt. *Coleri*, de ordinando *ſtudio politico*, Epiſtola. Lugd. Bat. 1690.

15 Juan *Huarte* Examen, de ingenios paralas *ſciencias*. Leyde, 1652.

16 Jani Cæcilii *Frey* via ad divas *ſcientias*. Waldenburg. 1715.

PARS I.

Theologiam exhibens.

CAP. I.

De Fontibus Theologiæ.

In Folio.

17-24 *Biblia* ſacra *Regia* hebraice, chaldaice, græce & latine, ab *Aria Montano*. excudit *Plantin*. Antwer. 1572. T. VIII. in totidem Voluminibus.

Arias Montanus, haud conſiderata præclara opera, in hæc Biblia Regia ab ipſo collocata, variarum hæreſium apud Pontificem poſtulatus, Apologiam Hiſpanice ſcripſit, quam Angli, in expugnatione Calitana inventam, in patriam detulerunt, ubi in Oxonienſi Bibliotheca tanquam pretioſiſſimum cimelium adhuc aſſervatur. Refert id *Sixtinus Amama* in ſuo *antibarbaro* contra vulgatam verſionem, & Paulus *Colomeſius* in *Italia* & Hiſpania orientali editionis Hamburg. de anno 1730. pag. 241. nec non in Epiſtola ad *Juſtellum* in Operibus p. 804., ubi ſimul Epiſtolæ, ab *Aria* ad *Philippum* II. ſcriptæ & a *Colomeſio* in *Hiſpania* orientali p. 244. exhibitæ, commemorat, in qua *Jeſuitis* dicam ſcripſit, ſatis piperatam. In *Scaligerianis*, quæ *ſecond* vocantur, edit. Genev. 1666. p. 5. annotatum legimus, horum Bibliorum Regiorum 500. tantum exemplaria excuſa, eoque factum eſſe, ut magno olim pretio venderentur.

25 *Biblia* in Holländiſcher Sprache. Leyden, 1663. apud Jo. *Elzevir.*

26 *Biblia*, nach der Ueberſetzung D. M. Luthers, mit Anmerckungen und einer Harmonie des neuen Teſtaments verſehen, durch Chph. Matth. *Pfaff.* Tubing. 1729.

27-28. El. *Hutteri novum Teſtamentum*, in variis linguis. Nürnb. 1599. in II. Volum.

29 *Oratio* Dominica polyglottos. Augſpurg.

In Quarto.

30 La *Biblia* trasdotta in lingua *Italiana* da Giovanni *Diodati.* In Geneva, 1607.

31-33 *Biblia Pentapla*, oder die Heil. Schrifft Altes und Neues Teſtaments nach einfacher teutſcher Verdollmetſchung. 3. Theil. 3. Bände. 1711. 1712. 1710.

34 *Novum Teſtamentum* græc. et lat. opera Matth. *Haſenreſſeri.* Tubing. 1618.

35 Dn. noſtri Jeſu Chriſti SS. *Evangelia* ab *Ulfila*, Gothorum in Mœſia Epiſcopo, circa annum a Chriſto nato 360. ex græco *Gothice* translata, nunc cum parallelis *verſionibus*, Sueo-*Gothica*, Norræna ſ. *Islandica* & *vulgata* latina edita. Stockholm. 1671.

Hanc SS. Evangeliorum verſionem Gothicam *Ulfilæ*, ex codice antiquiſſimo, providentia Comitis *de la Gardie*, Regni Cancellarii, ex Belgio in patriam reducto, accuratiſſime deſcriptam, *Collegium* antiquitatum *Holmenſe* in Dedicatione ad Regem perhibet. De hoc autem codice recuperato plura, quæ ad fata & hiſtoriam ejus pertinent, commemorat *Rudbeck* in *Atlante* Tomo I. c. 7. p. 244. Nihilominus tamen, Ericum *Benzelium*, Suecum, novam Ulphilæ editionem moliri, fama tulit.

In Octavo.

36 La *Bible*, qui eſt toute la Sainte Eſcriture du vieil & nouveau Teſtament. à la Rochelle. 1616.

37 The holy *bible* containing the old teſtament and the new. Lond. 1659.

38 Sacra *Biblia*, ſive Teſtamentum Vetus ab Imman. *Tremellio* & Franc. *Junio* ex hebræo lat. redditum, & Teſta-

& Teſtamentum novum a Theodoro *Beza* e græco in latin. verſum. Tiguri, 1673.

39 *Biblia* ſacra *vulgatæ* editionis *Sixti V.* Pont. M. juſſu recognita & *Clementis VIII.* auctoritate edita. Coloniæ agrip. 1682.

40 *Biblia Lutheri.* Nürnberg, 1698.

41 *Biblia* Sacra cum notis *Zeltneri.* Altorf. 1730.

42 *Otfridi Evangeliorum* Liber. Baſil. 1571.

43 *Novum Teſtamentum græce*, cum vulgata interpretatione, contextus lineis inſerta. Genev. 1627.

44 a) Joh. Alb. *Fabricii* Codex *pſeudepigraphus* Vet. Teſtam. Hamb. 1722.

44 b) *Novum Teſtamentum* græcum cum interpretatione latina Eraſmi *Roterod.* opera Eraſmi *Schmidtii.* Frf. 1674.

45 a) *Concordia* pia & unanimi conſenſu repetita confeſſio fidei & doctrinæ electorum principum & ordinum imperii cum appendice tripartita. Lipſ. 1685.

45 b) Tob. Stimmers Bibliſche Figuren. Straßburg, 1625.

In Duodecimo.

46 *Biblia.* Wittenberg, 1696.

47 Canones & Decreta *Concilii Tridentini* cum Præfat. Phil. *Chiffletii.* Pariſ. 1697.

48 a) *Confeſſion*, das iſt ain Bekandtnuß der Sächßiſchen Kirchen: Leer, übergeben dem Concilio zu Trient, verteutſcht durch Marſperger. 1557. b) *Confeſſion* Chriſtoffs, Hertzogs zu Würtenberg, dem Concilio zu Trient, durch ſeinen Geſandten, übergeben. 1552.

CAP. II.

Patres, et, qui hos ſequentibus temporibus proxime excipiunt, ſcriptores Theologici vetuſtiores ſecundum ordinem alphabeticum.

In Folio.

49 Joh. B. *Cotelerii Patres* apoſtolici. Amſterd. 1724. Tomi II. in uno Vol.

In Tomo II. Parte II. poſt pag. 268. exhibetur liber Guil. *Beveregii* ſub Titulo: Codex Canonum Eccleſiæ primitivæ vindicatus & illuſtratus, qui primum Londini 1676. in 4to prodiit, poſtea Amſtelod. 1697. recuſus. Integer quidem hic apparet, ſed *Dedicatio* ad Guilielmum AEpiſcopum Cantuar. nec non *Canones* SS. *Apoſtolorum* in fine deſiderantur. Siſtuntur quidem cum cenſura & adnotationibus *Beveregii* in Volumine primo, ſicuti jam in Synodico Beveregii: ſed ob id omitti hic non debuiſſent, quia cuivis Canoni liber et caput, quibus in hoc tractatu vindicatur, ſubindicatus eſt.

50-52. S. *Ambroſii opera*, opera Joh. de *Lapide*, a Joh. *Amerbachio*, cive Baſileenſi in tribus Tomis, 1492. in lucem producta. Vol. III.

De hac *Ambroſii* editione audiamus *Fabricium* in Biblioth. latina Vol. III. p. 430. Operum Ambroſii, inquit, antiquiſſima editio eſt, quam *Maffellus Venia*, Monachus Auguſtinianus ejusdemque ordinis generalis, qui 1486. obiit, nulla loci aut temporis nota adjecta nuncupavit. Proxima huic eidemque quoad characteres ſimillima, quæ a. 1490. *Cribellii* presbyteri ſtudio *Mediolani* apud M. Ludovicum *Pachel* prodiit. Verum, cum utraque paucos admodum tractatus comprehendat, Joh. *Ammerbachii*, civis Baſilienſis, induſtriam commendant, qui biennio poſt longe *plura Ambroſii* opera tribus tomis 1492. in Folio in lucem produxit, & Joh. de *Lapide* Carthuſiani Pariſienſis ope procuravit, ut, ſingulis libris in certa capita diviſis, ſuum cuique capiti argumentum adderetur. Et hæc præſens *noſtra* eſt *editio*.

55-64 *Auguſtini operum* Tomi X. Venetiis, 1729-1733. *Ejusdem vita.* ibid. 1734. ungeb.

65 Joh. *Chryſoſtomi* de diverſis utriusque teſtamenti locis *Sermones* LXXIII. græce & lat. per Fronton. *Ducæum* Burdigalenſem, nec non florilegium *Homiliarum* XXXII. ſtudio Balt. *Etzelii*. Pariſ. 1624.

66 S. Cæcilii *Cypriani opera* recognita per Jo. (*Fellum*) Oxon. Epiſc. accedunt *annales* Cyprianici per Jo. *Ceſtrienſ.* Brem. 1690. It. Henr. *Dodwelli Diſſ. Cyprianicæ* & appendix ad illas. 1682.

67 *Theo-*

67 *Theologia* Joh. *Damaſceni* IV. Libris explicata. Pariſ. ex offic. Henr. *Steph.* 1512. *I. Editio.*

68 Q. Septim. Flor. *Tertulliani opera* cum Jac. *Pamelii* ac Lat. *Latinii* commentariis. Pariſ. 1616.

In Quarto.

69 Jo. *Dallæi* de uſu *Patrum* Libri II. latine e gallico a Jo. *Mettayero* redditi. 1686.

Prima hujus libri *gallica* editio prodiit 1631. prima vero *latina*, a. 1654. poſtea 1686. recuſa.

70-71 *Auguſtini* de *Civitate Dei* Libri XXII. in duos Tomos diviſi. Francf. et Hamb. 1661. Vol. II.

72 *Lactantius.* Baſil. 1521.

73 Melch. *Godalſti paræneticorum* veterum Pars I. Inſulæ ad lacum Acronium 1604. loco appendicis Conradi *Rittershuſii* reliquiæ conjecturarum in *panegyricos* veteres. ibid.

In Octavo.

74 *Lactantius*, cura *Cellarii.* Lipſ. 1698.

75 *Minucii* Fel. *Octavius*, et *Cyprianus* de *Idolorum* vanitate, cura *Cellarii.* Hal. 1699.

76 *Prudentii opera*, cum Notis variorum. Colon. 1701.

CAP. III.

Scriptores Hiſtoriæ eccleſiaſticæ.

SECT. I.

Collectores ſubſidiorum ſeu adparatus ad hiſtoriam eccleſiaſticam.

In Folio.

77 Caroli Ludovici *Hugonis*, Abbatis Stivagii, *Sacræ* antiquitatis *monumenta* hiſtorica, dogmatica, diplomatica, notis illuſtrata. Stivagii. 1725.

Digitized by Google

SECT. II.

Scriptores historiæ ecclesiasticæ universales tam veteres, quam recentiores.

In Folio.

78 *Eusebii* Pamphili, *Thesaurus* temporum, opera Jos. Just. *Scaligeri.* Amstelod. 1658.

79-81 *Eusebii* Pamphili, *Socratis* Scholastici, *Hermiæ* Sozomeni, *Theodoriti* & *Evagrii* &c. Historia *ecclesiastica.* Cantabrigæ. 1720. Vol. III.

De præstantia hujus editionis, quæ Parisiensem & germanam longe superat, videatur *Biblioth. ancienne & mod.* Tom. XVI. & *Acta erudit.* Mens. Mart. 1724. de translatione vero in linguam Anglicanam, a Sam. Parckero procuratam, conf. die gelehrten Zeitungen, 1729. p. 249. & 858.

82-87 Cæsaris *Baronii Annales* ecclesiastici in Tomis XII. Moguntiæ, 1601-1606. in Volum. VI.

Baronium quindecim Tomos horum annalium composuisse, tresque nondum editos apud Patres congregationis oratorii latere, Hier. *Vecchietti* in opere rarissimo de Sacrorum temporum ratione p. 58. edit. 1621. Auctor est, qui dictos Patres ob id desidiæ accusat, reprehenditque. *Duodecim* igitur Tomos tantum habemus, quorum *quinta* editio, *nostra* nimirum Moguntinensis de anno 1601, ultima & optima earum est, quas auctor ipse recognovit, quamque futurarum omnium exemplar esse jussit. *Antwerpiensis* ex Plantiniana officina de anno 1657. ni fallor, ultima omnium est: Sed in ea aliisque omnibus *Antwerpiensibus* Tomo XI. tractatus de Monarchia Siciliæ desideratur. De editionibus, quas Leonh. *Venturini*, Bibliopola Luccensis anno 1736. & Stephanus *Monti*, Bibliopola Venetus, 1737. annunciarunt, quidque cum iis contigerit, confer die gelehrten Zeitungen, anno 1736. p. 435. 1737. p. 522. &c. 1738. p. 747. & 1742.

88-92

88-92 Odor. *Raynaldi Annal. eccleſ.* ab anno, quo deſinit *Baron.* 1198-1534. a Tom. XIII-XXI. Rom. 1676. Volum. V.

93-94 Henrici *Spondani* annalium *Baronii Continuatio*, ab an. 1197-1646. Paris, 1659. Vol. II.

95-98 Anton. *Pagi critica* in annales *Baronii.* IV. Tomis comprehenſa. Antwerp. 1705. Vol. IV.

99 Abrah. *Bzovii hiſtor. eccleſ.* Colon. 1617. ex annal. *Baron.* T. III. in uno Vol.

Acerrimum hoſtem *Bzovius* expertus eſt in *Herwarto*, Conſiliario Bavarico. Hic enim in controverſia, de Ludovico IV. Imperatore cum ipſo agitata, non ſubſtitit, ſed vindictam ſuam in reliqua omnia ejus ſcripta extendit, ſiquidem in *Mantiſſa*, operi ſuo de Ludovico IV. defenſo adjecta, hoc Bzovii annalium Baronii *compendium* acerbe ſatis perſtringit. Hujus *duos* tantum Tomos *Bzovius* compoſuit, *tertium* vero Joh. Frider. *Mathenefius* adjecit, eoque Bzovii, qui ſui ipſius Epitomator eſſe noluit, continuationem Annalium Baronianorum in Epitomen redegit.

100 Henr. *Spondani* annales eccleſ. Cæſar. *Baronii* in *Epit.* redacti. Mogunt. 1714.

101-108 Eccleſiaſtica hiſtoria, vulgo *Centuriatores Magdeburgenſes.* Baſil. 1560. Centuriæ XIII. Vol. VIII.

Altera hujus operis editio (*præſens enim prima eſt*) Baſileæ 1624. in majori forma, impenſis Ludovici Regis, inque tria Volumina diſtributa, prodiit. Primum Volumen priores quatuor centurias, ſecundum ſequentes quinque et tertium quatuor reliquas complectitur. In titulo hæc reperiuntur verba: *Per M. Lud. Lucium*, Baſileenſis academiæ Profeſſorem *fideliter* recenſita. A cordatioribus autem ipſius labor vituperatur, depravationisque incuſatur a J. G. *Mollero*, apud Gedanenſes Profeſſore, in recenſione hiſtorico critica centuriarum Magdeburgenſium, Gedani 1696. 4. Etenim multa omiſit, multa depravavit, multaque de ſuis adjecit. vid. *Sagittarianæ* introductionis in hiſtoriam eccleſ. Tom. II. p. 134. & Tom. I. p. 240. et 282. ubi etiam, qui ultro citroque ſcripſerunt, offendes. *Lucius* ille tam temerarius eſt, ut non præfationes ſolum mutaverit, verum etiam dedicationes & ſubſcribentium nomina, ex

quibus tamen, quis Tomum illum ſ. centuriam compoſuerat, colligi poterat, omiſerit. *Præſens* itaque *prima*, eaque *incorrupta* editio, reliquis omnibus multo præſtantior, iisdemque longe anteponenda eſt. Lege, ſi placet, præfationem ad lectorem ſextæ Centuriæ, ubi autores hujus operis, veriti, ne falſarii in verſione harum centuriarum manum adhibeant, ſedulo præcavendum monent, quod Lucius perfricta fronte auſus eſt. Plura de opere eademque ſingularia in medium profert Degoræus *Whear.* in relect. hyemal. P. I. Sect. XLII. ſeqq. p. 160. ſeqq.

109 Nicol. *Vignier* Recueil de l' hiſtoire de *l' Egliſe.* à Leide, 1599.

110 Jac. *Uſſerii annales* Vet. et Novi Teſtamenti, cum vita ipſius a Thomæ *Smitt.* præmiſſa. Genev. 1722.

111-117. Natalis *Alexandri* hiſtoria *eccleſiaſt.* Pariſ. 1699. T. VIII. in VII. Vol.

Quæ inter hanc noſtram, & primam hujus libri editionem, anno 1679-86. Pariſiis in XXVI. Tomis in octavo impreſſam, differentia intercedat, ipſa præfatio generalis exponit. Cauſſas vero, cur eruditiſſimum hoc opus, Romæ damnatum, in indice librorum prohibitorum legatur, *b. Rinckius* in frontiſpicio recenſet.

118 Jan. *Bircherodii* Lumen *hiſtoriæ ſacræ* Vet. & Nov. Teſtamenti. Hafniæ, 1687. It. Auberti *Miræi* notitia *Epiſcopatuum* orbis Chriſtiani. Pariſ. 1616. It. Guil. *Cave* Tabulæ Doctor. & *Scriptor. eccleſiaſtic.* Hamb. 1676.

119-120 *Basnage* Hiſtoire *de l' Egliſe* depuis Jeſu Chriſt, jusque à preſent. Roterd. 1699. Vol. II.

Eſt hic *Jacobus Baſnage*, qui præſens opus produxit, a quo *Samuel* diſtinguendus eſt, cujus Annales Politico-eccleſiaſtici, quos celeber. *Jœcherus* in Lexico eruditorum p. m. 323. *Antonio* Basnagio, *Benjamini* filio, adſcribit, anno 1706. Roterdami in tribus voluminibus prodierunt, & 645. annorum, a Cæſare Auguſto nimirum uſque ad Phocam, hiſtoriam, qua *errores Baronii* potiſſimum convelluntur, exhibent.

121 *Hiſtoire* du vieux & nouveau *Teſtament* enrichie des plus de quatre cens Figures, auctore *Martin.* Amſterd. 1700. T. II. in uno Vol.

122-123

122-123 Godfr. Arnolds Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie in 4. Theilen. Frf. 1700. II. Vol.

124 a) Jo. Bapt. Otte eigentl. Beſchreibung der auswendigen Gottesdienſtlichen Kirchen-Gebräuchen und Gewohnheiten der Jüden, Zürich, 1739. ungeb. It. Kirchen-Gebräuche der Chriſten in der gantzen Welt. ibid. 1744.

124 b) Chriſt. Chriſt. *Sandii* nucleus Hiſtoriæ *eccleſiaſticæ*. Colon. 1676.

125-126 Caſp. *Sagittarii* Introductio in Hiſtor. *eccleſiaſticam*. Tom. II. Jen. 1718. Vol. II.

127 Iſ. *Caſauboni* Exercitationes XVI. adverſus *Baronium*. Genev. 1663.

128 J. Henr. *Ottii* Examinis in Annales *Baronii* Centuriæ III. Tigur. 1676. *Ejusd.* Vindiciæ oppoſitæ vindici veritatis Reverendi Dn. Auguſtini *Reding*, abbatis Einſidlenſis. Tig. 1687.

129 Adami *Tribbechovii* Exercitationes ad *Baronii* Annales. Kilon. J. Frider. *Krebſii* de Jure alienandi Imperia Schediasma adverſus *Baronium*. *Ejusd.* Exercitationes *Anti-Baronianæ* Septem. Onoldi. 1678-1679. *Ejusd.* Diſſertationes de *Nominum* Immutatione, potiſſimum in Religioſorum Profeſſione. Norimb. Petri Anton. *Burchardi* Sched. de communione ſub una, contra *Boſſuetum*. Haffn. 1688. M. Enevaldi *Dalbuſii* Diſſ. de *Epiſtola Chriſti* ad *Abgarum*. ibid. 1699. Matthiæ *Zimmermanni* de *Presbyteriſſis* Vet. Eccleſ. Commentar. Annæb. 1681.

130 Vierzehen Tractate betreffend Arnolds Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie.

In Octavo.

131-138 Joh. Henr. *Hottingeri hiſtoriæ eccleſiaſticæ* Pars I. Hanoviæ, 1655. Pars II. ibid. 1655. Pars III. ibid. 1656. Pars IV. Tiguri 1657. Pars V. Tiguri 1655. Sec. 16. Pars. II. ſive Tom. VI. 1665. Sec. 16. Pars III. ſ. Tom. VII. ibid. 1665. Sec. 16. Pars IV. ſ. Tom. VIII. ibid. 1667. Sec. 16. Pars V. ſ. Tom. IX. Tigur. 1667.

139 Auberti *Miræi* Libri 4. de Statu *religionis* Chriſtianæ per totum orbem. Helmſtad. 1671. David *Chytræi* Oratio de Statu *Eccleſiarum* in Græcia, Aſia, Africa,

Digitized by Google

Africa, Ungaria, Boëmia. Francof. 1580. apud *Wechelium.*

140-42 Hiſtoire *de l' Egliſe*, traduite par Mr. *Couſin.* à Paris. 1686. Tom. V. Vol. III.

143 Ge. *Hornii* Hiſtoria *Eccleſiaſtica* & Politica, cum notis & continuatione. Lugd. Batav. 1687.

144 Compendium *hiſtor. eccleſ. Gothanum.* Gothæ, 1735. Primum librum hujus egregii operis Vitus Ludovicus a *Seckendorff*, alterum J. H. *Bæclerus* cum Joh. *Artopæo*; tertium vero E. S. *Cyprianus*, compoſuerunt, qui poſtremus, p. 212. hiſtoriam eccleſiæ Arminianæ exponens, a Joh. *Clerico* acerrime impugnatus, a Joh. *Jacobi* ſ. Seb. *Ezardo* vero anno 1726. ſtrenue defenſus eſt. Quam gratum hoc opus fuerit eruditis, toties repetitæ editiones loquuntur, de quibus plura *Cyprianus* ad tertium librum præfatus eſt, ſimulatque magnum hiſtoriæ eccleſiaſticæ Syntagma promiſit.

145 *Schmidii* Comp. Hiſt. *Eccleſ.* V. T. Helmſtad. 1708. *Ejusd.* Hiſt. *Eccleſiaſt.* N. T. Helmſt. 1709.

146 Ludov. *Aurelii* Epitome Annalium eccleſiaſt. Cæſaris *Baronii*, monaſterii Weſtph. 1638.

147 Gottfr. Arnolds kurtzgefaßte Kirchen-Hiſtorie, A. und N. Teſtaments. Leipzig, 1700.

In Duodecimo.

148 *Haymonis* Halberſtad. Epiſc. hiſtoriæ eccleſiaſticæ breviarium, ſcriptum circa A. D. 800. Marc. Zuer. *Boxhorn.* edidit & recenſuit. Lugd. Bat. 1650. accedunt prima religionis Chriſtianæ rudimenta, Alemannor. et Saxonum vetuſtiſſima lingua ſcripta.

SECT. III.

Scriptores Hiſtoriæ eccleſiaſticæ particulares, ſecundum gentes, Regna, atque Provincias.

In Folio.

149 Caroli le *Cointe* Annales eccleſiaſtici *Francorum.* Pariſ. 1665. Vol. I.

150 Caſp.

150 Caſp. *Bruſchii* Monaſterior. *Germaniæ* Centuria I. Ingolſtad. 1551.

151 Melch. *Inchoferi*, e Societate Jeſu, Annales eccleſiaſtici Regni *Hungariæ*. Tom. primus. Romæ 1644. Rariſſimus liber, de quo notandum, quod Tom. II., a Sociis offenſis ſuppreſſus, nunquam prodierit.

152 Hiſtoria diplomatica de Statu *religionis* Evangelicæ in *Hungaria*. 1710.
Accedit compendium principatus *Tranſylvanici* hiſtoriæ ab anno 1526-1703. cum Documentis. *Baring.* in clave diplomatica maximam partem hujus hiſtoriæ Libero Baroni de *Birendorff* adſcribit, eamque a Dom. de H. (ſub quo latet Eraſmus de *Huldenberg*) Halberſtadii typis commiſſam perhibet, cum figuris æneis.

153 Joh. *Craſſet* ausführliche Geſchichte der Japoneſiſchen Kirchen aus dem Frantzöſiſchen ins Teutſche überſetzt. Auaſpurg, 1738.

154-158 Ferdinandi *Ughelli Italia ſacra* Editio ſecunda & aucta Sebaſtiani *Coleti*. Venet. 1717-21. in V. Volum.

159 Jo. *Lundii* alte Jüdiſche Heiligthümer, Gottesdienſt und Gewohnheiten, durch Joh. Chph. *Wolf.* Hamb. 1738. cum fig. æneis.

160 Franc. *Petri Suevia eccleſiaſtica* Auguſt. Vindel. & Dillingæ. 1699.

161 *Thuringia Sacra*, ſ. Hiſtoria Monaſteriorum quæ olim in Thuringia floruerunt. (Auct. Henr. Frid. *Ottone*, Editore *Schamelio*) Francf. 1737. cum *Tab. æneis.*

162 P. Marci *Hanſiz* S. J. *Germania* Sacra. Tom. II. Auguſt. Vindel. 1727-1729. ungeb.

In Quarto.

163 Claudii *Ornjalms* Hiſtoriæ *Sueonum* Gothorumque eccleſiaſticæ Libri IV. priores. Stockholm. 1689. It. S. *Anſcharii*, primi Hamburgenſium Archiepiſcopi, vita gemina. una per S. *Rimbertum*, altera per *Gualdonem*, Corbejenſem Monachum, cum verſione Suecica S. *Nicolai*, & *Lambecii* annotatis, opera Claudii *Arrhenii*. Holmiæ, 1677.

164 *Uſſerii*

164 *Uſſerii* Antiquitates Eccleſiarum *Britannicarum.* Dublin. 1639.

165 Hartknochs Preußiſche Kirchen-Hiſtorien. Frf. und Leipzig, 1686.

166 Heinr. *Hœpfneri Saxonia* Evangelica. Lipſ. 1672. Addita eſt Velitatio Epiſtolaris Theologica inter Pet. *Cutſemium* & Matthiam *Hoe.* It. *Hœpfneri Diſputationes* Theologieæ. Lipſ. 1672. Abr. *Calovii* Exegema Auguſtanæ Confeſſionis. Witteb. 1665.

167 Andr. *Wengerſcii* Libri IV. *Slavoniæ* reformatæ. Amſtel. 1679.

In Octavo.

168 Hiſtoire du Chriſtianisme d' *Ethiopie* & d' *Armenie*, par Mr. M. V. la *Croze* à la Haie. 1739.

169 J. B. *Renoult* Hiſtoire de Variations de *l' Egliſe gallicane* avec figures. à Amſterd. 1703.

170 Freymüthig unpartheyiſche Gedancken von der Religion, Kirche und Glückſeeligkeit der Engliſchen Nation. Leipzig, 1726.

171 Henr. Ludolf Benthems neuvermehrter Engliſcher Kirch- und Schulen-Staat. Leipzig, 1732.

172 Tractatus ſequentes Hiſtoriam *Eccleſiæ græcæ* & Armenæ illuſtrantes, in uno faſciculo. ungeb. 1) Alex. *Helladii* Status præſens eccleſiæ *græcæ.* 1714. 2) Clem. *Galani* Hiſtoria *Armena* ſ. origo religionis Chriſtianæ in Armenia. Frf. 1701. 3) Jac. *Elſner.* Beſchreibung der Griechiſchen Chriſten in der Türckey. Berlin, 1737. 4) ὀρθόδοξος ὁμολογία &c. h. e. Orthodoxa confeſſio *eccleſiæ orientalis* interprete Laur. *Norrmann.* Lipſ. 1695. 5) Euſtr. Joh. *Zialowski* Rutheni Delineatio eccleſiæ *Græcæ* cum notis Wolfg. *Gundling.* Norimb. 1681.

173 Henrich Ludolff Benthems Holländiſcher Kirchen- und Schulen-Staat. Franckf. und Leipz. 1698.

174 Herr M. V. la *Croze* Abbildung des Indianiſchen Chriſten-Staats, aus dem Frantzöſiſchen überſetzt, andere Auflage, mit verſchiedenen neuen Anmerckungen und einem Anhange verſehen, von M. Ge. Chriſtian Bohnſtedt. Leipz. 1739.

175 De Statu Eccleſiæ & *religionis Moſcoviticæ* Guckmundus *Kroock.* Lubec. 1709. Religion der Moſcowiter.

witer. Frf. 1714. Treuhertzige Warnung an die Moſcowitiſche Kirch, für den Nachſtellungen der Römiſchen Kirch ſich zu hüten, von Herr D. Stanley. Berlin, 1708. Joſ. *Herbinii* religioſæ *Küovienſes* cryptæ. Jenæ, 1675.

In Duodecimo.

176 1) Relation de l'Etat de *religion* en divers Etats de ces parties *d' occident*, tiré de l' Anglois du Chevalier Edwin Sandit. 2) La *Sainte Chorographie* ou deſcription de lieux chretiens, ou reſide l' egliſe chretienne par tout l' univers, par P. *Geslin.* à Amſterd. chez L. Elzevier. 1641.

177 1) Chriſtoph. *Angelii* Status & ritus eccleſiæ *græcæ*, græce deſcripti & latine converſi a Georg *Shelavio*. Francof. 1655. 2) Edoardi *Berewodi* Angli Scrutinium *linguarum*. Francof. 1659.

178 *Ricaut* hiſtoire de l' Etat preſent *de l' Egliſe greque* & armenienne, traduit de l' Anglois par Mr. de *Roſemond* à Middelbourg. 1692.

179 Orientaliſcher Kirchen-Staat. Gotha, 1699.

SECT. IV.

Scriptores certarum Epocharum ac Particularum Hiſtoriæ eccleſiaſticæ.

In Folio.

180 Joh. Jac. *Grynæi* Hiſtoria eccleſ. *Euſebii, Ruſini* &c. Baſil. 1570.

181 Jac. *Saliani* annalium eccleſiaſt. *Vet. Teſtam.* Epitome. Colon. 1639. ab orbe condito ad Chriſti nativitatem.

Hæc epitome, nervoſe compoſita, ea correcta exhibet, quæ auctor in opere majori erronee docuerat. Noviſſima quidem editio eſt Lugdunenſis de an. 1664. ſed ad eam, præter dedicationem, nihil plane acceſſit.

182 Henr. *Spondani* annales ſacri a mundi creat. ad ejus *reparat.* Lutet. 1660.

183 Joh.

Digitized by Google

183 Joh. *Matheſii* Hiſtoria unſers Herrn und Heylandes Jeſu Chriſti. 2. Theile. Nürnb. 1568. Accedit *Ejusd. Sarepta*, oder Berg-Poſtille 1564. ibid. It. *Chron.* der freyen Berg-Stadt St. Joachimsthal eod. an.

184 *Nicephori Calliſti* Xanthopuli hiſtoriæ eccleſiaſt. Libri XVIII. Francof. 1558.

Hiſtoriam tantum a Chriſto nato *ad annum.* 610. complectitur, reliqua auctoris perierunt.

185 Leonh. *Grebner.* Tract. de Statu eccleſiæ & juris eccleſ. obſervantia ſub Imper. & Regibus. *Caroling. Stirpis.* Bamberg. 1739. Alexandri *Hammeri* Diſſ. de *Jure Sacrorum* et fœderum. ibid. 1738.

186 Jo. *Sleidani* de Statu religionis & reipubl. ſub *Carolo V.* Commentarii. Argent. 1555. *prima & incorrupta Editio.*

187 Joh. *Sleidanus continuatus* ad an. 1620. durch Oſeam *Schadeum.* Strasburg 1625.

188 Phil. *Mornæi* myſterium iniquitatis ſ. Hiſtoria *Papatus.* Salmurii 1611.

Hæc editio ob duas Tabulas æneas præfixas rariſſima eſt. Altera enim harum tabularum turrim lapideam tigillis ligneis igne ſuccenſis ſuperſtructam, altera vero imaginem Pauli V. Pontificis cum dedicatione inſolita ac ſatis acerba refert. Ob id vero auctor notatus eſt a Senatu ſ. Parlamento Pariſienſi, ceu pluribus expoſuit *Ludolph* in der Schaubühne. P. I. p. 364.

189 Veiti Ludov. de *Seckendorff*, commentarius hiſtoricus apologeticus de *Lutheraniſmo.* Lipſ. 1694.

Horum commentarior. Suplementa edidit Jo. Seb. *Muller.* 1707.

190 Der Evangeliſchen neue Religions-Beſchwerden, auf Gutbefinden etlicher Evangeliſcher Geſandten in Druck gegeben, cum additamentis. Regenſpurg 1719. roh.

Numerus Gravaminum ad CXVIII. adſcendit, ex quibus tamen numerus LIII. deficit, pro quo numerus LXIII. in duplo adeſt, quem Bibliopola cum numero LIII. facile permutavit. Accedunt ſequentia, eandem materiam tangentia ſcripta:

Gegrün-

Digitized by Google

Whereas the Company of Drapers of London have by their Charter power to make Ordinances for the good government of the Company and the Trade of Drapery, and have accordingly made divers Ordinances, which have been confirmed by the Lord Chancellor, Lord Treasurer, Lord Privy Seal, and the Judges, and have been duly published, and are now in force; and whereas the Company have lately made a new Ordinance, which is also confirmed and published, and is now in force, for the better government of the Company and the Trade of Drapery, and for the better preventing of abuses in the Trade of Drapery, and for the better preventing of abuses in the Trade of Drapery, and for the better preventing of abuses in

nehmen und Abgang des Chriſtenthums, von Conſtantino M. bis 1658 Franckf. 1658.

195 Jo. Henr. *Heideggeri* Hiſtoria *Papatus*. Amſt. 1698. Dorothei *Aſciani* montes pietatis *Romanenſes*. Lipſ. 1670.

Sub nomine *Aſciani* latet Mathias *Zimmermannus*, Hungarus, Superintendens Miſnenſis, anno 1689. demortuus, de cuius reliquis ſcriptis conferendus eſt *Pippingius* in memor. Theol.

196 Viti Ludou. a *Seckendorf*. Comment. de *Lutheraniſmo*. Francof. et Lipſ. 1688. Joh. Frid. *Mayeri, vita* D. *Lutheri*, octo Diſſertationibus expoſita. *Ejusd.* Diſſ. de *Catharina*, Lutheri conjuge.

197 Dan. *Chytræi* Hiſtoria der Augſpurgiſchen Confeſſion. Roſtock 1577. cum Philippi *Mulleri* marginalibus *manuſcriptis*.

198 M. Joh. *Sauberti* Miracula *Auguſtanæ* Confeſſionis. 1631. Ejusd. *Caſſander Evangelicus*. Nürnb. 1631.

199 J. Joachim Müllers Hiſtorie von der Evangeliſchen Stände *Proteſtation* und Augſpurgiſchen Confeſſion. Jena 1705.

200 Ernſt Sal. Cyprians Hiſtoria der Augſpurgiſchen Confeſſion. Gotha 1730.

201-203 a) Chriſt. Auguſt Saligs Hiſtoria der Augſpurgiſchen Confeſſion. 3. Theile Halle 1720. 1733. 1735.

Tomus tertius ob id notatus eſt a quibusdam eruditis, quod auctor errores quorundam Doctorum evangelicorum nimis inconſulte propalavit.

203 b) *Ejusdem* Hiſtorie des Trident. Conciliens, als der vierte Theil vorhergehenden Wercks, Halle 1741. roh.

204 Geſpräch zwiſchen Treulieb und Freymund von dem Reformations-Werck, zu Preßburg. Joh. *Wiſliczeni* Jeſus der wahren Iſraeliten und bekehrten Heyden Troſt. Gera. Hiſtoriſche Erzehlung von der Papiſtiſchen Gefängniß, und wunderbaren Erlöſung aus derſelben M. Georg. *Lani*. Leipz 1683. Conſtantii *Alethophili* bedruckter Palm-Baum chriſtlicher Wahrheit. Cöln an der Spree 1687.

Quis ſub ficto nomine Conſtantii *Alethophili* lateat, dicere non poſſumus. Auctor quidem libri ſub titulo: Gelegenheit und heutiger Zuſtand des Hertzogthums

Regel über Form und Inhalt der Schriftsätze (Artikel 1).

Die Schriftsätze müssen enthalten:

1. die Bezeichnung des Gerichts, vor welchem der Rechtsstreit anhängig ist;
2. die Namen, Stände oder Gewerbe und Wohnorte der Parteien, ihrer gesetzlichen Vertreter und Prozeßbevollmächtigten;
3. die bestimmte Angabe des Gegenstandes und des Grundes des erhobenen Anspruchs, sowie die bestimmte Angabe, ob und welche Beweismittel für die behaupteten Thatsachen angetreten werden;
4. die Unterschrift der Partei oder ihres Prozeßbevollmächtigten.

Die Schriftsätze sollen die Abschriften der in ihnen in Bezug genommenen Urkunden beifügen.

Sind die Schriftsätze nicht in deutscher Sprache abgefaßt, so kann das Gericht die Vorlegung einer Übersetzung anordnen.

Die Schriftsätze sollen auf Papier von einheitlichem Format geschrieben sein und einen Rand von mindestens 4 cm Breite haben.

Die Schriftsätze sollen mit fortlaufenden Zahlen versehen sein.

Herzogthums Litthauen. Lpz. 1700. 11) Sendschreiben von dem Zustande und Drangsalen derer *Protestanten* in Pohlen und Litthauen. 1719. 12) Franc. *Marini* Staat des Königreichs Pohlen. Dantzig. 1726. 13) Jac. Ehrharth de scriptorum erroribus in *historia Mahometi*. Memming. 1731. 14) a) Petri *Bizarii* editio Antonii *Genfræi* aulæ Turcicæ descriptionis ex Gallica conversæ per Wilh. *Godelevæum*. b) *Bizarii belli Cypri* inter Venetos & Zelymum gesti libri 3. c) *belli Pannonici* contra Maximil. 2. a Solymanno. d) epitome *Europæ historiarum* ab a. 1564-1573. Bas. 1573. 15) Jo. Henr. *Bæcleri* comm. de *rebus Turcicis* & N. C. I. scriptorum *Turcicorum* bibliotheca. Budiss. 1717. 17) Wolfg. *Drechsleri* chronicon *Saracenicum* & Turcicum a Ge. *Fabricio* & Jo. *Rosino* auctum cum Jo. *Reiskii* supplementis & appendice ad an. 1689. accedit Joh. Andr. *Bosii* Diss. de Imperio *Turcico*. Lips. 1689. 17) Jo. Bapt. *Podesta* translata *Turcica Chronica*, origo & gesta Ottomanicæ stirpis. Norib. 1672. Pars I.

8513 1) b) Bälth. *Gracians* Oracul oder *l'homme de cour*, mit Aug. Friedr. Müllers Anmerckungen. Spanisch und Teutsch. Leipz. 1715. 2) *Acta Borussica*, Sammlung allerhand zur Geschichte des Landes Preussen gehöriger Nachrichten. Königsb. und Leipz. 1730-1732. 3. Bände. 18. St. 3) Henr. *Kornmanni opera* curiosa. Frf. 1694. 4) Leben und Thaten Pabsts *Benedicti* des *XIII*. Frf. 1731. mit Kupfern. 5) Jo. Franc. *Loredani* Leben des Pabsts *Alexandri* des *IIIten*. aus dem Ital. Cölln. 1713. 6) Nachricht vom *Conclave*, oder neueste Historie des Röm. Hofes. Frf. 1721. mit Kupf. 7) *Ceremoniel* des Röm. Hofes und Lebens-Beschreibung derer Cardinäle, aus dem Italiän. Frf. 1711. 8) Christ. Gottl. Kochs Geschichte von *Cyriaco* Pabst zu Rom. Hamb. 1708. 9) Offenbahrer Päbstl. Kind-Bette *Johannis* des *VIII*. 1717. 10) Eigentliche Abbildung des ietzigen *Conclave*, nebst denen vermauerten Cardinälen. Rom. 1700. 11) Zeit-Beschreibung aller Päbste bis auf Innoc. XII. Hamb. 1691. 12) Jac. *Goffarelli curiositates* inauditæ cum præf. J. A. Fabricii. Hamb.

1706

1706. 13) N. Greg. *Michael* Notæ in Jac. *Goſſarelli* curioſitates. ib. 1676.

8514 a) 1) Gonr. *Dieterici Catechefis.* cum not. Chr. *Chemnitii.* Lipſ. 2) Nic. *Hunnii* apoſtaſia *eccl. Rom.* Lüneb. 3) Ge. Wilh. *Overkamp*, de ratione Status *curiæ Rom.* Jen. 1732. 4) Jo. Wolfg. *Jæger* Concordia *Imperii & Sacerdotii* cum Diſſ. Simonia *curiæ Romanæ.* Tub. 1711. 5) *Vita Gregorii VII.* a Juſto Chr. *Dithmaro.* Francof. ad Viadr. 1710. 6) Petr. *Molinæi monarchia* temporalis *Pontificis* Rom. Frf. 1716. 7) Jo. *Læti* Comp. *Hiſtoricum*, continuat. à L. Joach. *Fellero.* Frf. & Lipſ. 1679. 8) Petr. *Laurembergi Chronic.* ſ. ſeries compendioſa rerum geſtarum &c. continuata uſque ad an. 1696. opera Jo. Ge. *Ræſer.* Sedini. 9) Jo. Cunr. *Dieterici* breviarium *hiſtoricum* cum contin. Imman. *Weberi.* Gieſſæ. 1703. 10) J. H. S. *PP.* Nucleus *hiſtoriæ univerſalis* A. O. C. ad Maccabæorum tempora per millenaria digeſtæ. Herbornæ. 1716. 11) Chr. *Beſoldi* Synopſis minor *hiſtoriarum.* 12) Gottl. *Slevogtii* Tr. de *ſepulturis Imperatorum*, immo regum, cum præfat. B. G. *Struvii*, Jen. 1722. 13) Jo. Chr. *Bachovius* de *ſepulcris*, cœmiteriis atque rebus ſacris & religioſis illarumque jure. Gothæ. 1725. 14) Jo. Ern. *Franzenius* de *funeribus* veterum Chriſtianorum, cum præfat. Jo. Fabricii. Helmſt. 1709. 15) Paul Chph. *Hæpfneri Hieroſolyma* antiqua. Halle. 1732. 16) M. Chph. Semlers *Antiquitäten* der heil. Schrifft ib. eod. 17) D. Carl. Wilh. Gärtners Weſtphäl. Friedens-Canzley. 1. Theil. Leipzig. 1731.

8514 b) 1) Joh. Carl König vom teutſchen Reichs-Tägen. Nürnb. 1738. 2) Herr *Weſſelingius* de jure Superioritatis ac Rom. Pontificis, cum genealogia Imperatorum e domibus Auſtriaca & Ottomanica. Colon. Agrip. 1672. 3) Richtiger Antritt zur Gottes-Gelahrheit, oder *Methode*, deren ſich ein künfftiger *Theologus* von ſeinem 14. oder 15. Jahr an, vor Beziehung einer Univerſität bedienen ſoll. Frf. und Leipzig. 1715. 4) Kluge *Conduite* eines künfftigen Gelehrten und inſonderheit eines Rechts-Gelehrten. ib. eod. 5) Abbildung der Thor- und Klugheit ꝛc.

ib. eod.

ib. eod. 6) Siegfried Benzens *Chiliaſten*-Freund und Sabbaths-Feind. Altona. 1702. 7) Seb. Jac. Jungendres Entwurff von der Wohlanſtändigkeit. Nürnb. 1720. 8) Jo. Frid. *Chriſtii* variorum *Carminum* Sylva c. præf. de rectius conſtit. rei poeticæ rationibus. Lipſ. 1733. 9) *Ej.* Villaticum *Suſelicii* titulo antea editum, nunc novum. ib. 1738. 10) Praxis *meretricam* Italiæ &c. Huren-Practic, und von glücklichen Heyrathen. Warnemunde. 1666. 11) Fincken-Ritter. 12) *Caſchubovii* critiſche Gedancken über die *fidibus*. 1744. Danzig. 13) Kunſt-Büchlein vor Riemer, Kürſchner ꝛc. Dreßd. 1680. 14) Neufränck. Zeitung von gelehrten Sachen. 1733. 1. Stück. Leipz. 15) Andr. *Habelius* des Buchhalters neueſte und kürtzeſte Manier. ib. 1707. 16) von Königl. Franzöſ. Finanzen. nebſt 18. *Portraits*. 1665. 17) *DD.* fata der Großbrittan. Crone. 1715. 18) Itinerarium in *Utopiam* topicam. 1703. Frf. u. Leipz. 19) *Friderici* ſieghaffte Liebe. ib. 1713. 20) Jac. *Balde* Troſt der Podagriſchen. Nürnb. 1677.

8514 c) 1) D. D. E. *Jablonsky* von Göttlichen Urſprung der H. Schrift. Berlin 1741. 2) Balth. Lud. *Eskuche* Erläuterung der heil. Schrift. aus Morgenländiſchen Reiſe-Beſchreibungen 1ſter Verſuch. Lemgo. 3) Chph. Anton. *Friderici* Beweiß der Wahrheit der Chriſtl. Religion. Frf. und Leipz. 1742. 4) J. H. *Bœcler notitia auctorum* S. R. I. auctior 1723. Argent. 5) *Ej.* excerpta *controverſiarum illuſtrium*. ib. 1680. 6) Hiſtoria contentionis inter *Imperium & Sacerdotium* in uſum auditorii *Thomaſiani*. Hal. 1712. 7) Juſt. Chph. *Dithmari* hiſtoria belli inter *Imperium & Sacerdotium*. Frf. ad V. 1741. 8) Jo. Max. *Raumburgeri* Gedancken über einige wichtige Lehren des teutſchen Staats-Rechts. 1ſte Vorſtellung Frf. am M. 9) Joh. Jac. Moſers Lexicon der ietztlebenden Rechts-Gelehrten in Teutſchland. Züllichau 1738. 10) Joach. Lucä Steins gründliche Abhandlung des Lübeck. Rechts. 1ſter Theil Leipz. 1738. 11) Bedencken von unbefugten Nachdruck privilegirter und unprivilegirter Bücher. Cölln. 1742. 12) Ern. Joach. *Weſtphal* de *conſuetudine* ex *Sacco & libro* in Germania. Roſt. & Lipſ. 1726.

1726. 13) *Ej.* Specimen *documentorum* ineditorum *Mecklenburgenſium.* ib. 1726. 14) Jo. Chph. Beck Einleitung zu denen Helvetiſchen Geſchichten. Zürch 1744. 15) Joh. Henr. *Hagelgans* de priſca *germanorum* ætate. Cob. 1635. 16) Matth. *Cramери Grammatica Hiſpanica.* 1702. 17) J. *M.* Manuductio ad *linguam Gallicam.* Jenæ. 18) Abregé de la *Grammaire allemande.* 1703. 19) Leonh. *Aretinus* de *diſputationum* exercitationisque ſtudiorum uſu & neceſſitate in quolibet literarum genere, ob raritatem cum annotat. ed. a Jac. Wilh. *Feuerlein.* Nor. 1734. 20) *Parerga* ſ. acceſſiones ad *omnis generis eruditionem* Tomi I. Lib. I. Gœtt. 1736. 21) Nouvelles pieces ſur les erreurs pretendues de la *Philoſophie* de Mr. *Wolff.* 1736. 22) Jo. Wilh. *Peterſen* panegyricus *Antonio Ulr.* Brunſuicenſium principi dictus. Frf. 1714. 23) Galfridi de *Vinoſalvo* ars *poetica.* Helmſt. 1724. 24) H. *Grotii* & Math. *Berneggeri* epiſtolæ mutuæ. Argent. 1670. 25) Decas IIda *epiſtolarum* ad Dan. Guil. *Mollerum* miſſarum. Altd. 1711. 26) Die Luſt und Unluſt des Eheſtandes. 1707. 27) Graf Albrechts *Caprara* reiſender *Chiron*, oder Unterricht vor einen Hofmeiſter, der einen jungen Herrn auf Reiſen begleiten ſoll. Augſp. 1691. 28) Har. *Geierbrand pictura mundi.* 1711. 29) *Catalogi librorum* cum annotat. 16. St. Leipzig 1736. bey F. M. Frieſen.

8515 1) Leben Stanislai. 2) Gewiſſenhaffter *Politicus.* 3) Rechts-Anſprüche auf *Jul. Cl.* und *B.* 4) De nexu *Bohem.* cum Imper. 5) *Leyſſers Typographia* Jubilans. 6) *Benigni Inſcriptiones* intra Italiam. 7) Gundlings teutſches Staats-Recht. 8) *Zſchackwiz* Weſtphäliſcher Friede. Ein Faſcicul ungebunden.

In Duodecimo.

8516 *Apulejus.* Amſtel. 1628.

8517 Les *Oeuvres* diverſes du Sr. de *Balzac.* à Amſt. 1664. ex offic. *Elzeviriana.*

8518 Les *Entretiens* de Mr. de *Balzac.* à Amſt. 1663. chez les *Ezeviers.*

8519 A Gislen. *Busbequii omnia* quæ exstant. Lugd. Bat. 1633.

8520 Pauli *Colomesii opuscula* critica, philologica & ad historiam seculi 16. & 17. pertinentia. Amstelod. 1700.

Prima editio Ultrajecti 1669 in 12mo prodiit, quam deinde altera pars sub titulo: Melanges historiques, à Orange. 1674. secuta est. Hanc postremam, omnium scriptionum Colomesii rarissimam, a Fabricio, dum Colomesii opera a. 1700. Hamburgi in 4to ederet, omissam perhibet celeb. Jœcherus in Lexico eruditorum, voce Colomesius: sed memoria in eo fefellit virum eruditum, cum Melanges historiques pag. 809. in Fabricio omnino legantur. Cæterum Tomo sexto operum de S. Evremont Londini a. 1725. editorum inveniuntur etiam quædam Colomesiana, una cum cum Melanges historiques auctis & notis illustratis.

8521–22 Erasmi *Francisci* Monaths-Unterredungen. Frf. 1668–71. 2. Bände.

8523 *Gellii Noctes.* Aurel. Allobr. 1609.

8524–25 Flavii *Josephi opera* omnia. Tom. II. 2. Vol. Sumtibus Sam. Crispini. 1611.

8526–27 *Opere* di Giov. Francesco *Loredano* Volume 4. Venet. 1653. 2. Bände.

8528 *Macrobii opera.* 1607.

8529 *Perroniana* & *Thuana.* à Cologne 1694.

8530 Il *Petrarca* di nuovo ristampato. Venet. 1609.

8531–32 Les *Oeuvres* de Mr. François *Rabelais* Tomi II. 1675. Vol. II.

8533 *Oeuvres* melées de Mons. l'Abbé de *S. Real.* à Paris. 1689.

8534 *Taubmanniana* oder Friedr. Taubmanns nachdrückl. Leben ꝛc. Frf. und Leipz. 1713.

8535 Les *œuvres* melées de Mr. le Chevalier *Temple.* II. Tom. à Utrecht. 1624.

8536–43 Frauenzimmer-Gespräch-Spiele von ersten bis 8ten Theil. Nürnberg. 1643–1649. 8. Bände.

Auctor hujus libri est Georgius Philippus *Harsdörffer*, qui in decantata illa Societate Norica, quæ *fructifera* s. Frachtbringend appellabatur, nomen *ludentis*,

tis, des ſpielenden, geſſit, inque hunc librum derivavit. Primus inventionem Petræ Sanctæ, quo colores inſignium lineis denotare docuit, in Germaniam noſtram introduxit, ſuaque colloquia variis artibus intermixtis ex ſcriptoribus Hiſpanicis, Italicis atque Gallicis, argutis dictionibus, ac ſententiis ingenioſis ita decoravit atque pertexuit, ut G. *Leibnitius* ea magni æſtimaverit, aliisque legenda ac imitanda commendaverit.

8544-45 Monaths-Geſpräche des Küſtigen. Hamb. 1663. Frf. 1666. 2. Bände.

Auctor eſt Joh. *Riſt*, mortuus 1667.

8546 *Converſations* ſur diverſes Sujets. à Amſterd. *Ceſarion* ou *Entretiens* divers. à la Haye.

LIB. V.

Libri Panſophici.

In Folio.

8547-48 Joh. Henr. *Alſtedii Encyclopædia* in IV. Tomos diviſa. Lugd. 1649. Vol. II.

8549-56 Laurent. *Beyerlingi* magnum *theatrum vitæ*, h. e. rerum divinarum humanarum Syntagma. Colon. 1631. cum indice generali in Vol. VIII.

8557-61 Theodori *Zwingeri Theatrum vitæ* humanæ. Baſ. 1596. in 29. Tomos diſtributum, qui cum quatuor indicibus V. Volumina conſtituunt.

PARS. VI.

Codices manuſcriptos, aut qui his pretio æquiparantur, notatis per ſingulos foliis atque pretiis, recenſet.

Codices Theologici.

In Folio.

8562-64 *Biblia*, d. i. die gantze heilige Schrifft, teutſch, durch D. Martin Luther. Augſpurg. 1535.

Totum opus Biblicum ex verſione *Lutheri prima* vice Vitebergæ 1543. in fol. prodiit, anno vero 1535. ſecuta eſt hæc ſecunda in tribus Voluminibus editio, quæ ſplendore atque ornatu Wittebergenſem longe ſuperat. Auget hunc *membrana*, qua Codex noſter ſuperbit, id quod ipſi pretium ſingulare non immerito conciliat. Vix enim centum thalerorum ſumtibus impreſſus, jamque poſt duo ſecula ob ſolertiam, qua optime conſervatus eſt, merito ſuum valorem retinet, pro *dimidio* tamen eum vendam. Inſignia in ligatura conſpicua docent, hunc Codicem a Comitibus Bentheimenſibus olim fuiſſe poſſeſſum. Cæterum notatu dignum arbitror, quod in eo locus 1. Joh. 5. v. 7. Drey ſind die da zeugen ꝛc. ſicuti in prima editione verſionis Lutheranæ, omiſſus eſt. Ariani enim plures codices græcos, ceu dicitur corruperant, & Lutherus tali depravato uſus eſt. Sed reſtitutus hic locus cardinalis demum eſt in editione Francofurt. d. a. 1574.

8565 *Biblia* ſacra *latina* impreſſa Argent. 1482.
Legitur hic annus in fine ante indicem id *quod b. Rinckium* movit, ut hunc codicem, manuſcriptis parem judicatum, a reliquis libris impreſſis ſeparaverit. Uffenbachius Tomo I. p. 3. hujus ætatis Codices biblicos impreſſos 20. thaleris æſtimavit, non 12. vendemus.

8566–67 *Paſſionale* antiquum eccleſiæ *Romanæ* a. 1460. ſcriptum, continens *vitas Sanctorum* in vernacula noſtra deſcriptas, inque partes duas brumalem & æſtivam diſtributas, quarum illa 314. hæc vero 329. folia continet. Notum eſt olim eccleſias Romanas in *legendis*, ſ. publicis lectionibus, quibus loco ſermonum publicorum præſertim tempore paſſionis Chriſti uſæ ſunt, tantum variaſſe, ut quilibet fere Epiſcopatus, imo monaſterium interdum ſingulare propria compilatione, quam fratres ex actis ſanctorum congeſſerunt, uteretur. Sed eo ipſo factum eſt, ut ejusmodi narrationes de geſtis Sanctorum non ſolum multum inter ſe diſcrepent, ſed & ex compilatoris ingenio ac ſcientia interdum quædam admixta habeant, ex quibus deinde ipſæ res geſtæ lucem accipiunt minime ſpernendam.

Quo

Quo fit, ut ejusmodi passionalia singularia, cujusmodi nostrum est, omnino a justis rerum æstimatoribus aliquo in pretio habeantur. Uffenbachius in Appendice Tom. IV. p. 32. Catalogi sui hujus generis codicem an. 1482. impressum 30. thaleris æstimavit, quare non inique *manuscriptum vetustiorem* 50. thalerorum pretio dignum judicamus.

8568 Codex *Arabicus* in charta orientali, complectens totum *Coranum*, scriptus a. Hegiræ 957. Christi vero 1549. foliis 199. absolvitur, ac diligenter exaratus est. Habet enim in textu ubique notas colorum, hypocolorum &c. itemque in margine characteres decuriarum. Præterea Phata perpendiculare in eo accurate expressum est, sed Hamta super & sub Eliph & Wæzla unionis semper & studio omissum. 20. Thlr.

8569 Codex *membranaceus*, qui historiam *festorum* & *vitas Sanctorum*, præmissis horum nominum etymologiis, sive explicationibus, continet, simulatque vitam *S. Elisabethæ* uxoris Ludovici Thuringiæ Landgravii, quæ a 1230. mortua est, exhibet descriptam. Circa finem, in vita S. Pelagii occurrit *brevis historia imperii nostri Romano-Germanici* ab irruptione Longobardorum in Italiam usque ad obitum Friderici II. Imp. deducta, quæ publice nondum prostat. Exaratus est hic Codex statim post mortem *Friderici II. Imperatoris.* fol. 159. pretium est 50. thal.

In Quarto.

8570 Codex *membranaceus, Dogmata Theologica* continens, quibus ecclesia catholica seculo XIII. quo hic Codex scriptus est, utebatur. Talia systemata Theologica magni momenti in Historia ecclesiastica sunt. Ex iis enim discimus, in quibus Religio Romana inde a seculo XIII. remiserit, ac doctrinas suas mutaverit, quique errores tunc temporis nondum cogniti fuerint atque introducti. fol. 156. 30. Thal.

8571 Codex *membranaceus* de *passionibus & miraculis S. S. Apostolorum* fol. 126.

Duo opuscula hic probe distinguenda sunt. Alterum

eſt *hiſtoria apoſtolica*, a quibusdam *Julio Africano* attributa, alterum anonymi de *paſſionibus Apoſtolorum*. Uterque ex alio, quem mox *Abdiam*, mox *Cratonem* vocant, ac geſta Apoſtolorum hebræo ſermone conſcripſiſſe teſtantur, ſua hauſiſſe contendit. Illum Wolfg. *Lazius*, duobus Codicibus MStis, uno ex monaſterio Oſſiacenſi in Carinthia, altero vetuſtiore ex Monaſterio S. Trudberti ad Sylvam Hercyniam uſus, a. 1551. Baſiliæ ex offic. Operiniana in folio edidit, poſtea Pariſiis 1560. & 1570. in 8vo. ac Coloniæ apud Cholinum 1566. 69. & 76. in 12mo recuſum, ab Inquiſitoribus vero ſub Paulo IV. Pontifice ob fabulas & nugas virgula cenſoria notatum. Nihiloſecius tamen Laurentius *de la Barre* eum hiſtoriæ ſuæ Patrum anno 1583. Pariſiis publicatæ, nec non Jo. Alb. *Fabricius* Codici ſuo apographo Nov. Teſtam p. 388. denuo inſerere haud dedignati ſunt. Alterum Anonymum nempe de Paſſionibus Apoſtolorum, jam antea Fridericus *Nauſea* ſub nomine *Philalethis Euſebiani*, quod nomen ei ob veritatis (uti ſibi perſuaſit,) amorem ac Euſebianarum doctrinarum propugnationem ingenioſe magis quam vere impoſuit, a. 1531. Coloniæ in 4to publici juris fecit. Hic, licet eadem chorda fabuloſa cum Africano a Lazio edito oberret, neque Pauli IV. interdicto feriatur, in ſat multis tamen ab illo recedit. Videndum igitur, quomodo hi duo auctores tam inter ſe diſcrepent, quam a noſtro Codice, itidem de Paſſionibus Apoſtolorum inſcripto, differant. Fac, conferamus eos ſi non in omnibus in quibusdam tamen, ut differentia adpareat. Codex a *Lazio* editus, ac a *Fabricio* poſt multos alios repetitus p. 628. Libro VI. de *Simone & Juda* Apoſtolis ita tradit:

Circumierunt autem duodecim provincias Perſidis & civitates earum, in quibus, quæ egerint & quæ paſſi ſint per annos tredecim, longa narratione ſcripſit *Craton*, Apoſtolorum ipſorum diſcipulus, in decem librorum Voluminibus univerſa comprehendens, quæ *Africanus* hiſtoriographus in latinam linguam tranſtulit. Ex quibus,

qnibus, qui ſcire voluerit, qui fuerint progreſſus prædicationis vel quo fine mundum *Simon & Judas* Apoſtoli reliquerint, ex *multis pauca ſelegimus.* Quippe Zaroes & Arfexat &c.

In noſtro vero Codice vita Simonis & Judæ non ſextum, ſed penultimum ſ. nonum librum conſtituit, èademque verba, ſed paululum immutata, ſequentem in modum exhibentur:

Circumierunt autem duodecim provincias Perſidis & civitates earum, in quibus quæ egerint & quæ paſſi ſunt, per annos tredecim longa narratione ſcripſit *Grathon*, apoſtolorum ipſorum diſcipulus in decem librorum voluminibus univerſa comprehendens, quæ Africanus hiſtoriographus in latinam tranſtulit linguam. Nam volentibus ſcire, quæ fuerint *Apoſtolorum* prædicationes, vel quo fine mundum reliquerint, *& ad cœleſtia regna migrarint, iſta ſufficiant.* Memorati igitur Magi Zaroes & Arfexas &c.

Eadem verba, ne littera quidem mutata, ſiſtit Codex a Frid. *Nauſea* editus in vita Simonis & Judæ. Ex his vero apparet, auctorem a *Lazio* editum non eſſe ipſum *Julium Africanum*, ſed ejus tantum compendiatorem, quia *pauca ex multis Africani* narrationibus, ſelegiſſe confitetur. Errant igitur *Lazius* & cum eo reliqui omnes, qui eum Julii Africani nomine inſigniunt. Quamvis enim in *præfatione*, quæ ſub Julii Africani nomine operi a Lazio & Fabricio edito p. 390. præfixa eſt, hæc verba legantur;

Ergo in hujus Jeſu Chriſti omnipotentis nomine, quæ ſcripſit ſanctorum apoſtolorum geſta *Abdias*, Epiſcopus Babiloniæ, qui ab ipſis Epiſcopus ordinatus erat, ſermone hebræo, & quæ diſcipulus ejusdem Abdiæ, *Eutropius*, in græcam linguam tranſtulerat, hæc nos *univerſa latino* reddidimus ſermone, & in decem libros deſcripſimus, gloriam ſemper referentes Deo Patri &c.

Dubium tamen, an hæc præfatio ad ipſum opus pertineat, eundemque cum eo habeat auctorem. Mihi quidem non videtur. Obſtant enim verba jam ex libro VI. excerpta, quibus Julius Africanus tan-

quam *alius* plane auctor inducitur. Accedit, quod in noſtro Codice præfatio iſta plane quidem deſit verba vero ex ea allegata circa finem vitæ Simonis & Judæ, ita tamen, deprehendantur:

Scripſit autem geſta Apoſtolorum *Abdias*, Epiſcopus Babiloniæ, qui ab ipſis Apoſtolis ordinatus eſt, ſermone hebreo, in decem libris, quæ omnia a diſcipulo ejusdem Abdiæ, *Eutropio* nomine in græco translata ſunt. Ex quibus decem iſta *decerpſimus*. initia de primo libro & ultima de decimo, gloriam ſemper referentes Domino patri.

Hæc tam in codice Fabriciano quam Nauſeano in vita Simonis & Judæ deficiunt, memoratu tamen digna habentur. Quodſi enim cum verbis ex Codicis noſtri vita Simonis & Judæ mox recitatis conjunxeris, aliaque loca in conſilium vocaveris, facile animadvertes, noſtrum auctorem non eſſe latinæ translationis compendiatorem, ſed *ipſum* translatorem S. *Africanum*, qui græcam verſionem Eutropii ſecutus, non totum quidem opus de rebus *geſtis Apoſtolorum*, ſed decem tantum de *paſſionibus* eorum capita latine tibi offert. Præterea Codex noſter alio ordine ac ille Lazii atque Nauſeæ diſpoſitus. Initium enim in noſtro facit Paſſio Pauli, quæ in rubro a *Lino* Romanæ eccleſiæ Epiſcopo græca lingua conſcripta & eccleſiis orientalibus diſtributa traditur. Enim vero *manu diverſa* ac *ſequioris* ævi, *ſeculi* tamen *duodecimi*, exarata eſt, ac ſeparatum opuſculum, Bibliothecæ Patrum, jam inſertum, conſtituit, de quo Fabricius in codice Apographo N. T. conſulendus eſt. Sequuntur *Paſſiones* duodecim Apoſtolorum longe *vetuſtiore manu* ſcriptæ, initio a *Petro*, in quo tamen tria folia deſunt, facto, quem deinde *Paulus*, *Jacobus*, frater Domini, *Philippus*, *Andreas*, *Jacobus* frater Johannis, *Johannes*, *Thomas*, *Bartolomæus*, *Matheus*, *Symon* & *Juda*, ac denique *Barnabas* excipiunt, in quo poſtremo iterum folia quædam deficiunt. Duo igitur codices ob argumenti affinitatem hic conjuncti ſunt alter *Lini*, de ſolo Apoſtolo *Paulo*, alter *anonymi* de *paſſionibus duodecim Apoſtolorum*. Illum *Lini* jam miſſum facimus, de

hoc

hoc vero notandum eſt, quod per ſingula capita in ſat multis ab illis differat, quos *Nauſea & Lazius* publicarunt. Fiat adhuc unum alterumve experimentum! In noſtro Codice paſſio Pauli, altera, nimirum, quæ poſt Petrum ſequitur, ita finit:

Poſt duos autem annos de paſſione b. Petri, ſed ipſa die, qua b. Petrus Martyrium conſumavit (paſſus eſt Paulus.) cujus corpus *a Chriſtianis viris* conditum eſt diligenter & ſepultum in via Oſtenſi cum pace. Acta ſunt hæc circa Sanctos Dei, Petrum & Paulum, apoſtolos, ſub die III. Kl. Jul. regnante Dno. noſtro Jeſu Chriſto &c.

Fabricianus autem Codex hæc ita transformat ſ. potius corrumpit;

Cujus corpus *Lucina*, Chriſti famula, ſecundo ab urbe milliario, in via Hoſtenſi, in proprio prædio, *differtum aromatibus*, ſepelivit. Paſſus eſt autem Kalend. Julias, duobus jam a paſſione Petri elapſis annis, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto &c.

En impoſturam! Auctor *Lucinam* interpolavit, quo forte ipſi ad canoniſationem aditum pararet. Sepulchrum Pauli ſignatius deſcripſit, quo devotis peregrinationibus ad hunc locum ac donationibus occaſionem ſuppeditaret, quæ omnia recentiorum temporum inventa ſunt. Codex *Nauſeanus* paſſiones Pauli & Petri in uno capite, narratione a noſtro & Fabriciano codice plane diverſa, conjungit, deque morte Pauli hæc in fine refert:

& ibi (Catacumba via Appia) cuſtodita ſunt corpora anno uno & menſibus ſeptem, quousque fabricarent loca, in quibus eorum corpora ponerent, & illuc revocata ſunt cum gloria hymnorum & poſita b. Petri per Papam Cornelium in Vaticano Naumaciæ: Beati vero Pauli per Lucinam Chriſti famulam ſecundo ab urbe milliario in proprio ejusdem Lucinæ prædio in via Oſtenſi. Deinde elapſis a paſſione Sanctorum Apoſt. ducentis fere & quinquaginta annis cum divina clementia eccleſiæ ſuæ pacem donare decreviſſet, Conſtantinum Auguſtum lepra percuſſit. Hic itaque cum

per *revelationem* commonitus, Sylveſtrem papam adſciviſſet, atque ejus prædicatione &c.

En nova iterum additamenta, ab Abdiæ ac Africani ætate longe remota, quæ poſteriorum temporum ſtylum ac depravationem manifeſte produnt. Pauli paſſionem in Codice noſtro ſequitur eadem *Philippi*, hanc vero caput de miraculis & paſſionibus *Andreæ* inſcriptum excipit, quod *prologo* ſatis notabili utitur, cujus in locum Codex *Fabricianus* alium ac plane diverſum ſubſtituit. Quartum in codice noſtro locum occupat *Jacobus*, *frater Johannis*, cum paſſione ſua, quæ itidem apud *Fabricium* alio *introitu* ac in noſtro codice orditur. Ut alias differentias taceam, quibus codex noſter tam a Nauſeano quam Fabriciano longiſſime diſtat. Videant igitur eruditi, quomodo hæc concilianda ſunt. Tentavit illud quodammodo *Fabricius* in notis p. 629. ſed vereor, ne omne dubium ſuſtulerit. Si quid meæ conjecturæ valent, res ita ſe habet. *Abdias*, uti dicitur, *geſta apoſtolorum* hebræo ſermone, decem voluminibus comprehenſa, conſignaverat, ab *Eutropio* in græcam, a *Julio Africano* vero in latinam linguam *verbotenus* translata. Ex his *Codex noſter* ea, quæ de paſſionibus Apoſtolorum agunt, fideliter deſcripta in decem capitibus exhibet, quæ deinde *alius*, quem *Nauſea* edidit, & *Philalethis Euſebiani* nomen ei affinxit, emendandi animo, multis in locis, interdum etiam ſatis fraudulenter interpolavit, additis hinc inde de ſuo, quæ corruptelam produnt ſatis manifeſte. Idem conatus eſt auctor, a *Lazio* editus, ac falſo pro Julio Africano venditatus, qui longius adhuc a primo fonte aberrat, pluraque miſcet, quæ depravandi animum patefaciunt. Noſter igitur, auctor tam Fabriciano quam Nauſeano antiquior ac, ſi recte judico, *ille eſt*, quem *Beda* in retract. Actor. c. I. citat, atque ex eo verba quædam, *quæ in noſtro leguntur*, allegat. Non audeo tamen, eum ab omnibus commentis immunem pronunciare: id vero adfirmare non dubito, codicem noſtrum tantæ antiquitatis eſſe, ut *litterarum ductu*, qui ſine omni dubitatione *longobardicus eſt*, *convictus*, eum ad ætatem *Caroli M.*

imo

Imo ipſius *Bedæ* referre haud erubeſcam. Cæterum in vulgus quidem notum eſt, *Abdiæ fidem* jam dudum a multis, quorum magno numero teſtimonia congeſſit Fabricius, ſugillatam eſſe, a quibusdam etiam penitus exploſam atque damnatam. Sed codex noſter lucem accendet, an cenſores, Nauſeæ ac Lazii editionibus depravatis præoccupati, ſatis conſiderate egerint, ac omnia juſte perpenderint. Qua fronte enim quis auctorem damnare, ejusque fidem ſubleſtam pronunciare poteſt, quamdiu objectio ipſi obſtat, eum vero codice deſtitutum, nimis feſtinate ad ſententiam dicendam properaſſe? Quis tunc reſpondere poteſt opponenti, codices manuſcriptos genuinæ notæ extare, qui ab illis, quibus condemnator uſus eſt, longiſſime diſcrepent, ac hos depravationis convincant. Profecto ſi JCto exprobratur, quando, tota lege nondum inſpecta, judicio ſuo prorumpit, quis reprehendere poteſt hiſtoricum, ſi, ob incertitudinem ſcientiæ ſuæ, cautius adhuc merçetur atque procedat. Ponderandum igitur prius eſt, an & quantum noſter codex intemeratus, ac nullis corruptelis atque impoſturis vitiatus, a ſcriptorum proborum teſtimoniis recedat. Ut taceam, *fictionum* quoque in hiſtoria rationem habendam eſſe, quo veritas contra corruptelas eo ſecurius muniatur. *100. Thal.*

In Octavo.

8572 Codex *membranaceus* ſacrorum *Bibliorum* latino ſermone ſcriptus *a. 1180.* fol. 294. Venerandæ antiquitatis monumentum, eoque majoris faciendum eſt, quia in rariſſimis totius Chriſtianitatis Codicibus Biblicis jure ſuo numeratur. Ex Twelſii enim examine Novi Teſtamenti, Bœrneri Bibliotheca ſacra, Wolfii critica ſacra, Millii Novo Teſtamento, Burneti Itinerario atque Kettneri Hiſtoria dicti Johannei de ſanctiſſima Trinitate aliisque antiquitatum ſacrarum ſolertiſſimis perſcrutatoribus notum eſt, extra Germaniam quidem in Bibliothecis Vaticana, Pariſienſi, Genevenſi, Argentoratenſi, pauciſſimisque aliis vix *unum & alterum* Codicem Biblicum vulgatæ verſionis adhuc reſtare, quibus

quibus illi, qui copiam eos inſpiciendi perluſtrandique habuerunt, ætatem ſeculi *noni* & *decimi*, ſi recte judicarunt, adſcribunt, in univerſa vero Germania ejusque celeberrimis Bibliothecis, Guelpherbytana, puta, Berolinenſi, Lipſienſibus, antiquiorem ſeculo *duodecimo* non ſupereſſe, id quod noſtro, qui 566. annos, adeoque ſex fere Seculorum ætatem fert, mediumque ejusdem ſeculi duodecimi attingit, tam inſignem venerationem conciliat, ut eum *centum Thalerorum* pretio dignum judicem. Auget hanc exiſtimationem *Dictum* 1. Joh. 5. v. 7. Drey ſind, die da zeugen ꝛc. quod in noſtro, non uti in aliis ejusdem antiquitatis codicibus habetur, ad marginem adſcriptum aut verſiculis transpoſitis, ſed textui juſto ordine inſertum ac integrum legitur, quibus γνησιότης hujus effati ſatis dilucide evincitur. Accedit, quod Codex noſter, nitide ſcriptus & optime conſervatus, olim ad monaſterium S. Benedicti apud Confluentes, uti pagella prima notatum legitur, pertinuerit.

In Duodecimo.

8574 Codex *membranaceus precum catholicarum* in lingua vernacula, circa initium Seculi *XV.* ſcriptus. Singulis fere precibus adjectæ ſunt indulgentiæ a ſummo Pontifice precantibus promiſſæ. fol. 225. 5. Thal.

8575 Codex *membranaceus* nitidiſſime ſcriptus ac elegantiſſimis picturis marginalibus literisque auro ac coloribus diſtinctis ornatus, continens *preces catholicas* in omnes dies ac caſus fol. 123. Præfixum eſt *Calendarium* ab a. 1487. quo ſcriptus eſt Codex noſter, usque ad annum 1520. ex quo diſcimus menſem *Januarii* Hardemaint (ob frigus durum) *Februarium* vero *Sparckel*, *Septembrem*, *Evemaint*, *Octobrem*, *Remeismaint*, a St. Remigio, cui prima hujus menſis dies feſtiva ſemper fuit, *Novembrem*, Aller-Heiligen-Maint, & *Decembrem*, *S. Andreasmaint*, nec non venerationes Sanctorum, octavo die repetitas (die *Octaven*) Andach olim fuiſſe appellatas. 20. Thal.

8576 Balth. *Imbricii* a *Königshofen Libellus precum*, ſcriptus a. 1588. per Leupold Holtzſchuern, civem Dreſdenſem.

Ductus litterarum pro iſto tempore ſatis elegans eſt. 1. Thal.

8577 Dr. Mart. Luthers Beth-Büchlein, der zehen Geboth, des Glaubens, des Vater Unſers und des *Ave Mariæ* in ſich enthaltend, in rothen Sammt gebunden und auf Pergament gedruckt. a. 1522. litteris ſatis ſplendidis.

Notandum eſt, quod Lutherus Plagula H. p. 2. pro anima in *purgatorio* oret, quodque hic liber *Ave Mariæ* in titulo habeat, ex quibus apparet, illum ſcriptum eſſe eo tempore, quo Lutherus nondum omnia expurgaverat. Cæterum hujus libri inſignem raritatem auctores novellarum Lipſienſium ad a. 1736. p 220. ex eo recte æſtimant, quod neque in *operibus Lutheri* deprehendatur, neque a *Duce Brunſuicenſi*, Rudolfo Auguſto, qui omnes primas impreſſiones *librorum Lutheri* ſollicite conquiſivit, poſſeſſus, neque a *Seckendorffio* & *Frickio* ullibi fuerit allegatus. 20. Thal.

Juridici,
& quidem Juris civilis.
In Folio.

8578 Codex *membranaceus Inſtitutionum* Juſtineanarum cum Gloſſa, a Petro *Schoyffero* a. *1468.* fol. 105. Typis ſplendidis in *forma majori* impreſſus, in cujus fine verba quædam memoratu digniſſima leguntur, quæ ad illuſtranda artis Typographicæ incunabula & incrementa egregie faciunt. De codicis hujus præſtantia jam diſſeruit celeber. Schwarzius in Diſſert. ad proemium Inſtitutionum 24. Thal.

8579 Codex *membranaceus MSt. Inſtitutionum* Juſtineanarum cum gloſſa fol. 66.

Ipſe textus ſatis vetuſtus ac ante interregnum, circa an. *1200.* ſcriptus eſt. Deſunt tamen in ultimo Titulo: de publicis judiciis, quinque poſtremi §phi a ſeptimo nimirum usque ad finem. 30. Thal.

In

In Quarto.

8580 Tractatus de *ſponſalibus & matrimoniis* ad praxin forenſem accommodatus, auctore Joachimo a *Beuſt.* Wittenb. 1586. impreſſus, cum notis *manu Auctoris* adſcriptis. 1. Thal.

Juris Canonici.

In Folio.

8581 Fragmentum *Decretalium*, quod incipit a Titulo de his, qui maritum accuſare poſſunt, & usque ad Titulum de regulis juris pergit. Ductus literarum, ſi textum ipſum ſpectes, ad an. 1200. adſcendit, Gloſſa vero paulo recentior ex ſeculo 14., nec una manu ſcripta, auctorem habet Nic. Waltislaum, qui nomen ſuum circa finem profitetur. 20. Thal.

8582 Honorii *Solitarii Gemma animæ*, qua origines & adminiſtratio *officiorum eccleſiaſticorum* exponuntur, ſimulatque de *Romano ordine*, nec non de miſſa atque *eccleſia*, ſingulari libro, agitur. fol. 80.

Vixit hic auctor circa annum 1130. Auguſtoduni in Burgundia, ubi Presbyteri & Scholaſtici officio functus, varios libros compoſuit, quorum quidam in Tomo vigeſimo Bibliothecæ Patrum habentur. Gemma vero animæ a. 1514. Lipſiæ a Melch. Lottero ſeparatim impreſſa quidem eſt, ſed multum a codice noſtro differt. 20. Thal.

8583 Codex membranaceus, continens Guil. *Durandi rationale divinorum officiorum.* fol. 156.

Erat hic *Durandus* ſ. *Durantes* Narbonenſis, nobili genere natus, primo Doctor & Profeſſor utriusque Juris, ob id *Pater practicæ* dictus; poſtea apud Pontificem Rom. Auditor generalis & Dux militum contra rebelles Status eccleſiaſtici ſubditos, tandem, in Gallia Aquitanenſi, Mimatenſis Epiſcopus & Theologus inſignis, a Bonifacio Pontifice, ad Saracenorum Sultanum legatus conſtitutus, an. vero 1296. demortuus. Plura de eo Guil. *Cave* in ſcriptorum eccleſiaſticorum hiſtoria literaria edit. Genev. 1705. pag. 652. memoriæ prodidit, ſimulatque annotavit, quod noſtri nepos, itidem *Guil. Durandus* ipſius in eodem Epiſcopatu ſucceſſor, circa

an.

an. 1311. vixerit, deque *reformatione Eccleſiæ* ſcripſerit, qui liber Lugduni 1635. in 4to prodiit, ac lectorem de confuſione duorum auctorum ejusdem nominis evitanda admonet. Cæterum *præſens Codex membranaceus*, integer, ſine omni defectu, ſub initio ſeculi decimi quarti exaratus eſt, multaque in editionibus ſæpiſſime repetitis obſcurata loca extricat atque illuſtrat. Vocatur autem ob id *rationale*, quia eorum, quæ in rebus eccleſiaſticis aguntur, rationes reddit, atque ſuppeditat. 20. Thal.

Juris feudalis.

In Folio.

8584 *Speculum Juris* civilis & feudalis *Alemannici* impreſſum Auguſtæ Vindel. 1480. Meichsnerus, Conringius, Schilterus, Struvius, aliique omnes primam editionem Speculi Alemannici ſtatuunt Argentoratenſem d. a. 1505. ideoque plane ignorarunt hanc præſentem d. a. 1480. multum in textu, titulis & ſcriptura tam ab omnibus impreſſis, quam etiam a Codicibus MStis diſcrepantem. 10. Thal.

Juris publici,
ubi primum diſciplinæ præparatoriæ obveniunt,
uti ſunt:
Genealogia.

In Fol.

8385 *Genealogia* des Chur- und Fürſtl. Hauſes der Marggrafen zu Brandenburg, aus glaubwürdigen Documenten erſtlich durch D. Joh. Monningen, Medicum zu Culmbach, mit Fleiß beſchrieben, hernach durch Wenceslaum Gorckfeldern, des Conſiſtorii zu Onolzbach Secretarium, aus Hiſtoricis und gewißen Monumentis, mit Marginal-Additionibus verſehen, und endlich durch Georg Reckern zum Druck bereitet, a. 1613. fol. 67.

Typis

Typis paratum dicitur hoc opus, ſed, quantum nobis conſtat, nunquam impreſſum, verum multis *ſigillis antiquiſſimis* ornatum, atque diplomatibus compendiatis refertum, in MStis adhuc latet. Annum in frontiſpicio gerit 1613. & ex illuſtriſſima quadam Bibliotheca juſſu Z. C. ab *Uffenbach* deſcriptum perhibetur. 12. Thal.

8586-87 Der dritte Theil Bayeriſcher adel. Geſchlechter, durch weyl. den Edlen, Ehrenveſten und Hochgelahrten Herrn Wigeleum Hunden zu Sulzemos, Lendig und Steinoh, der Rechten Doctorn, Bayeriſchen Rath und Pflegern zu Dacheim zuſammengebracht. 1599.

Hactenus hujus egregii & eruditis tam chari operis *duæ tantum partes* typis impreſſæ ſunt, hinc tanto majoris æſtimanda ſolliciteque hactenus deſiderata eſt hæc *poſtrema pars* MSta, duobus Voluminibus, quorum primum fol. 468. ſecundum vero 602. continet, comprehenſa, & ab ipſo Auctore adornata, multisque pictis armis Comitum, Dynaſtarum ac Equitum gentis Bavaricæ referta. 200. Thal.

8590 *Icones* in *membrana* longa, numero triginti novem, ex familia *Auſtriaca* tempore *Friderici III. et Maximil. I.* Imperatorum *pictæ*, & ad vivum, figura tamen minori, expreſſæ, ac coloribus diſtinctæ, ex quibus, præter vera vultuum lineamenta, iſtius ævi habitum militarem ornatumque feſtivum, tam virilem quam muliebrem, unacum armorum uſu, addiſcimus. Inſigne antiquitatis documentum, bene conſervatum, ac de ſua ætate accuratiſſimum teſtimonium perhibens. 20. Thal.

8591 Tabula *Genealogica*, in *lingua Turcica*, qua Principis cujusdam *Tartarici familia* ad *Adamum* usque deducitur. Chartacea ac in linteum explicata, magnique ob rem peregrinam, habenda eſt, quam Tartaricus Princeps hujus familiæ forte magno pretio redimeret, præſertim cum judicio eorum, qui hujus linguæ & ſcripturæ gnari ſunt, aliquot ſeculorum, ceu ipſa forma externa prodit, ferat ætatem. 50. Thal.

In Octavo.

8592 Ein Stamm-Buch Ernſt Müllers, Protonotarii Jenenſis & Joh. Erici *Löſcheri* de ao. 1576. & ſequen-

quentibus, in quo multi Principes, Comites, aliæque perſonæ tam illuſtres quam ex ordine equeſtri nomina ſua profeſſi ſunt. Apparet ex eo antiquitas horum librorum memorialium. Neque *arma picta centum quatuor numero* inſuper habenda ſunt. 5. Thal.

Chronologia.

8593 a) Series *Chronologica*, qua tam Imperatorum *Turcicorum* ex familia Oſmannidarum usque ad Muhamedem, qui a. 1683. Viennam obſidione cinxit, *Principatus*, quam *Paſcharum Dominium* ab a. Hegiræ 922. usque 1076. deducitur. Anni Hegiræ per ſingulas perſonas tam ſollicite notantur, ut noſtratium tabulæ genealogicæ exinde utiliter corrigi poſſint ac emendari. Lingua Arabica ſcripta eſt hæc ſeries: ſed verſionem latinam a viro linguarum Orientalium ſatis gnaro in uſum lectoris *b. Rinckius* procuravit. Accedit *Calendarium Turcicum* chartaceum utrumque in Capſula. 10. Thal.

8593 b) *Kalendarium Romanum* in *membrana* Seculo XV. ſcriptum, ac preces & vigilias per ſingulos anni dies notans. 5. Thal.

Heraldica.

In Folio.

8594 *Cancellariæ Imperialis* liber *inſignium autographus* ſ. ſicuti vulgo dicitur, in *originali*, id quod non ſolum *ſupplices* partium litteræ interdum adjectæ, ſed & *Cæſarum* Reſolutiones a Vice-Cancellario Imperiali *Seldio*, cujus nomen hinc inde in tergo exprimitur, & ex cujus ſchedis congeſtum eſt, *manu propria* adſcriptæ, ſatis abunde teſtantur. Ex iis, quæ per has ſignaturas (ceu vulgo appellantur) reprobata ſunt aut conceſſa, diſcimus, quibus Principiis Heraldicis uſa tunc ſit ſteteritque Curia Imperialis. Incipit hic liber cum anno 1540. & usque ad a. 1566. pergit; ſicque per *trium Imperatorum* Regimen fere decurrit, paucis poſtea ſine die & conſule adjectis. Arma, quorum numerus *ad 443.* adſcendit, coloribus juſte diſtincta ſunt, to-

tusque liber ita comparatus, ut plenam fidem mereatur, ſiquidem eam, facta cum quibusdam diplomatibus collatione, integram ubivis ac intemeratam deprehendimus. *100. aur. Hung.*

8595 *Liber armorum*, quo Regum, Principum ac nobilium per *univerſam Europam*, præſertim vero *Germaniam inſignia*, vivis coloribus diſtincta, numero *2463.* exhibentur.

Pictum eſt hoc *egregium opus* tempore *Innocentii IIX. Pontificis* ac *Friderici III.* Imperatoris, eoque majoris faciendum æſtimandumque, quod vix *antiquius* in univerſa Germania *hac de arte* produci poterit. Inſignia non clypeorum tantum figuras, ſed &, quod rariſſimum eſt, *galearum* quoque ornatum oſtentant, qui in comitatibus & Dynaſtiis, quorum familiæ extinctæ ſunt, a magnis interdum Principibus deſiderantur. Recordor, potentiſſimum Regem quendam *Gazophylacium* ſuum inſigniis provinciarum ſuarum exornaturum, quorundam Comitatuum galeas diu quæſiviſſe, quas præſens liber facile ſuppeditare potuiſſet. Porro fortuna & rerum humanarum viciſſitudinibus accidit interdum, ut *familiæ* in diverſa regna diſſipentur, quo fit, ut armorum gentilitiorum parum curii avita ſcuta, ſive injuria temporis ſive ſculptorum pictorumque imperitia corrupta ſæpe & mutilata ad poſteros transmittant, quibus deinde controverſia cum conſanguineis oritur, quis arma intemerata cuſtodiverit, teneatque, quæ lis ex libro noſtro facile componitur. Denique multæ ejusdem nominis familiæ in diverſis Germaniæ provinciis commorantur, quæ ortu & propagine inter ſe differunt, cujus rei inſignium differentia clariſſimum teſtimonium perhibet. At vero hanc diſcrepantiam præſens liber egregie dilucidat, litesque inutiles præſcindit. Cæterum non morabuntur lectorem ſagacem commenta, quæ a fol. 13. usque ad 16. proponuntur. Hæc enim, *galeis deſtituta*, in eo aliisque pluribus a reliquis genuinis ſatis evidenter ſeſe diſtinguunt, ac inventoris animum ſeculique genium facile produnt, ita tamen, ut his evagationibus ab armis genuinis ſpatio interjecto

ſepa-

ſeparatis, neque libri auctoritati neque reliquorum inſignium ingenuitati quicquam detrahatur. 100. Thal.

Diplomata.

In Folio.

8596 Exemplar in Cancellaria Imperii recognitum, (*collationirt*) quo *Joſephus Imperator* a. 1709. *Buccinatoribus* aulicis ac campeſtribus *tranſactionem, a. 1630.* ab anteceſſoribus ſuis inter ſe initam, *confirmat*, unacum litteris, quibus Ferdinandus II. a. 1630. & Carolus VI. eandem ſua auctoritate communiverunt. 1. Thal.

8597 Litteræ *patentes in originali*, quibus Carolus Ludovicus *Elector Palatinus* a. 1657. Senatui Norimbergenſi *Vicariatus* ſui auſpicia annuntiat, unacum aliis ſcriptis ad *Controverſiam de Vicariatu* pertinentibus, quæ inter conſilium celeberrimi *Ludwelli*, Prof. Altorffini deprehenditur. f. 12. 2. Thal.

8598 *Statuta Ordinis fidelitatis* a Marchione *Durlacenſi* fundati, unacum Protocollo & enumeratione membrorum hujus ſocietatis. d. a. 1716. fol. 8. 2. Thal.

8599 *Statuta ordinis Brandenburgico*-Culmbacenſis de la *Sincerité*, d. d. Neuſtadt S. Georgen am See, die 16. Nov. 1712. Ordinis inſignia, ſigillum, Stella, crux, nec non Principis effigies, aliaque æri inciſa, ipſa vero ſtatuta manu deſcripta ſunt. 2. Thal.

8600 Pera chartacea (eine Brief-Taſche) *Documentis autographis*, quæ vulgo *originalia* dicuntur, repleta. Capit autem illa; 1) *Decem litteras membranaceas* inveſtiturarum & venditionum de prædiis quibusdam in territorio *Norimbergenſi* ſitis ex ſeculo *XIV. & XV.* 10. Thal. 2) Diploma inaugurationis paſtoralis (ein *Ordinations*-Brief) a. 1560. *impreſſum* quidem, ſed non ob contenta ſolum memoratu dignum, verum etiam a Theologis Wittenbergenſibus, illius ævi, viritim *ſubſcriptum*, cum marginalibus memorabilibus *manu Philippi Melanchthonis* adjectis. 1. Thal. 3) *Mappam geographicam* in membrana, qua *territorii Norimbergenſis* fines CVM LAPIDIBVS ET SIGNIS TERMINALIBVS ac-

curate deſcribuntur, id quod absque publica auctoritate, pactorumque cum vicinis inſpectione vix potuit præſtari. 5. Thal. 4) Quatuor *Calendaria medii ævi* in membrana 4. Thal.

Quæ omnia aut conjunctim aut ſeparatim, ſicuti emtores deſideraverint, vendentur.

8601 Ciſtula, cum ſequentibus *documentis originalibus*: 1) *Bulla Clementis Pontificis* ad Archiepiſcopum Trevirenſem de jure Papali beneficia eccleſiaſtica in Diœceſi Trevirenſi conferendi, cum bulla plumbea. 2. Thal. 2) Chur-Fürſt Friedrichs von der Pfalz Brief, darinnen er aus Kayſerl. von ſeinen Vorfahren erlangten Freyheit, auch eigener Chur-Fürſtl. Macht, Melchior Cauzen, Nürnbergiſ. Canzley-Regiſtratorn, ein Wappen giebt. 1594. cum Sigillo Electorali Capſulæ incluſo ac optime conſervato. 2. Thal. 3) Des Raths zu Nürnberg Bekäntniß über ein von Barbaren, Conrad Helmreichs, Bürgers und Dratzieher-Verlegers zu Nürnberg Wittib, errichtetes *Codicill*, de a. 1666. cum *ſigillo & contra-ſigillo*. 1. Thal. 4) *Quitanz* der Spitel-Meiſter des neuen Spitals zu dem Heil. Geiſt zu Nürnberg vor Hannß und Libold Haller, auch George Köhlern, Bürgern zu Nürnberg, über ein bezahlt Seelen-Meß-Geſtifft und Vermächtniß. 1488. absque ſigillo. 1. Thal. 5) Cunradt Pfinzing Schultheiß und die Schöpfen der Stadt zu Nürnberg Salbrief vor Günthern und Philippſen, des groſſen Heinzen ſeel. Söhne, über ihr eigen an der Brucken bey der Pegnitz in der Stadt Nürnberg. 1326. absque Sigillo. In his litteris quidam ex gente *Ebneriana* nominantur. 2. Thal. 6) Chph. *Preibiſii*, Profeſſoris publici zu Leipzig und Comitis Palatini Cæſ. di *Legitimations*-Brief, von Hanß Richten. 1646. cum ſigillo. 1. Thal. 7) Des Raths zu Grim Kundſchafft vor Michel Otten, eines Bürgers Sohn daſelbſt. 1615. Sigillum deeſt. 1. Thal. 8) *Octo Cardinalium indulgentiæ Monaſterio ſancti Thomæ* in civitate *Lipſienſi* conceſſæ, cum Adolfi Epiſcopi Martisburgenſis & Principis de Anhald teſtimonio, ac *duodecim ſigillis* appenſis, ex quibus plurima mutilata quidem ſunt, documentum vero

tam

tam *nitide* ſcriptum, ac ductuum colorumque varietatibus ita ornatum eſt, ut non meminerim, me in *locupletiſſimis Archivis* ſimile unquam vidiſſe. 10. Thal.

8602 *Litteræ Turcicæ*, *numero viginti ſex*, in capſula, partim tempore belli ſingulatim interceptæ, partim ſuperiori Seculo in prœlio Turcis ereptæ & occupatæ; optime conſervatæ ſunt, ac præter curioſitatem in rebus geſtis iſtius belli aliquod momentum ferunt. 26. Thal.

In Quarto.

8603 *Litteræ* latinæ a *Leopoldo Imperatore* ad Comitem *Kinsky manu propria* ſcriptæ, *bujusque* in eadem lingua ad Imperatorem *Reſponſio.* Porro documentum publicum lingua gallica in membrana ſcriptum & a Rege Gallorum *Ludovico XIV. propria manu ſubſignatum*, quo teſtimonium de collato ſigniferi officio in S. *Maſſey* perhibetur. 4. Thal.

Numiſmatica.

In Folio.

8604 *Præfatio* operi, quo *nummi memoriales Ludovici XIV.* Regis Galliarum (medailles vulgo dicti) publice propoſiti ſunt, deſtinata, ſed non præmiſſa, qua Hiſtoria hujus ſcientiæ, ejusque in Gallia progreſſus & incrementa egregie dilucidantur. fol. 9. 1. Thal.

In Quarto.

8605 Fideliſſima cognitio *rariorum Numiſmatum* ab antiquis *Romanis* cuſorum, Auctore Franciſco de *Ficoronio* Romano antiquario. 1693. fol. 63. 2. Thal.

Hiſtoria mixtim.

In Folio.

8606 M. Antonii *Sabellici* Venetarum rerum Libri XXXIII. *Splendidum antiquitatis* & accurationis Typographicæ rariſſimum *monumentum*, Venetiis A. S. 1487. die 21. Madii arte optimi viri Andreæ de

Torreſanis de Aſuta, Soceri Aldi Manutii, ſine titulo pro more iſtius temporis litteris Romanis nitidiſſime in forma maxima impreſſum, ex Bibliotheca *Wagenſeiliana* tranſiit in *Rinckianam*, ubi ex novo titulo novum ornamentum accepit. 20. Thl.

8607 *Teuerdanck*, Codex *membranaceus* a. 1517. typo quidem excuſus, ſed ob *membranæ* quaſi recens fabricatæ *albedinem* atque munditiem, nec non marginem latiſſimum, ut & *figurarum* ac litterarum *nitorem*, harumque ornatum, quem morem hodie Typographi inter artes deperditas referunt, tam rarus, ut in multis Bibliothecis illuſtribus non inveniatur, ſiquidem ipſe b. Rinckius eum pro notabili pretio redemit, ac celeberrimus *Koblerus* in ſingulari Diſſert. tale exemplar *centum aureis* venditum perhibet.

Chartacea hujus anni exemplaria, de quibus jam ſupra ad num. 3137. quædam annotavimus, magno ſatis numero ſeſe offerunt, nec deſunt membranacea, in quibus figuræ coloribus diſtinctæ adparent. Quoniam vero tinctura colorum ſculpturæ ductus ſubtiles oblinire atque obſcurare ſolet: Codices puri & immaculati majoris recte æſtimantur, præſertim cum figuræ, ligno licet inciſæ, de artificis profunda in arte delineandi ſcientia teſtimonium perhibeant, quod iſtius ævi indolem fere ſuperat. *Scheiffelino* illas ſupra loco citato adſcripſimus, id quod inſigne Schleifflinianum, quod *duas furcas decuſſim poſitas* repræſentat, in plurimis tabulis codicis noſtri conſpicuum extra omne dubium collocat, ſimulque evincit, ſculptorem tabulas in duplo fabricaſſe, quia figuræ, quæ in exemplari ſub num. 3137. deprehenduntur, non ſolum noſtris lineamentorum ſubtilitate longe cedunt, ſed & inſignibus Scheifflinianis deſtitutæ ſunt. 100. Thal.

8608 *Compendium* ſ. Breviarium primi voluminis *annalium* ſ. Hiſtoriarum de origine Regum & Gentis *Francorum*, auctore Johanne *Trithemio* 1514.

Apud *Freherum*, qui opera *Trithemii* edidit, apparet quidem in Tomo I. p. I. præſens compendium, ſed cum Freherus ſimul commemoret, quod ejus conſerva-

ſervationem *Wechelio*, qui illud Pariſiis 1540. typis vulgaſſet, debeamus hanc editionem, quam *ipſe Trithemius*, eo tempore adhuc in vivis exiſtens, adornavit, plane ignoravit. 5. Thal.

8609 *Hiſtoria Friderici Imperatoris* magni, hujusque nominis primi *Ducis Suevorum* & parentelæ ſuæ, *Typis quidem excuſa*, ſed in nulla collectione rerum Germanicarum reperitur.

